
BIBLIOTECA NAZIONALE
VITTORIO EMANUELE
6
2 A
62

SYNOPSIS ETYMOLOGICA.

SIVE

De Originibus Linguæ Latinæ

Libellus utilißimus.

In usum

Illustris Gymn. Alcmariani.

Cui respondet

EXAMEN PHILOLOGICUM

proximè edendum

Operâ Subsecivâ

REINERI NEUHUSII JC.

Cum Centuriâ

EPIGRAMMATUM

Ad Amicos



AMSTELODAMI,
Apud JOANNEM JANSSONIUM.
cIↄ Iↄc [illegible]·I·.

ERASMUS ROTERODAMUS

De

Linguâ Latinâ:


Facilius eſt in triplici Facultate
Doctorem hodie fieri, quam oratio-
nem
Romanam elaborare.

Virtutum splendore, familiæque

Nobilitate

Eminentissimis Adolescentibus.

JOANNI CASEMBROOT.
PETRO à BECUM.
ROCHO KIEN.
CORNELIO NEOSTADIO.
JACOBO CORENIO.
PETRO à VRYBURCH.
JOANNI KIEN.
JOANNI BRANT.



Convictoribus suis

Charissimis

S.P.D.

REINERVS NEVHVSIVS.

Ornatissimi Adolescentes,

De Synopsi Etymologicâ inscribendâ, non multo mihi circuitu ac cogitatione fuit opus. In ipso

limine auſpicatò Vos ipſi occurritis: Quibus, ob ſacri convictus ac diſciplinæ domeſticæ fidem & memoriam, hunc laborem libens dedico atque conſecro. Geminum inde fructum ut ſpero, habiturus: cum ſtudiorum veſtrorum utilitatem; tum paterni erga Vos affectus teſtimonium. quo complecti illos ſoleo, qui eodem mecum ſale & ſacris ſunt conjuncti. Hujuſmodi Literaria Fercula, Libero Patri & Cereri poſtquam factum eſt ſatis, pro apophoretis apponere ſoleo, ut milvinam ſuggerant Sapientiæ antiquæ. Omnibus cerebellis noctibuſque Neronis jam mediis potiora. Pro diversâ tamen habetudine animi ac profectu ſapere hîc Docentem opor-

oportet. Et quemadmodum delectus ciborum eſt habendus, pro ægris: ſic non omni Ingenio æquè ſalubria & ſalutaria ſunt noſtra hæc Bellaria. Quippe Stomachis durioribus multò melius coliphia, & cibi athletici, quàm juſculum & offa conveniunt. Tyronibus lac recens, mulſum,& cruſtula blanda,quæ concoctionem non habent difficilem, proponi debent. Sumus hic in noſtrâ arenâ & palæſtrâ: ubi non ſine providâ curâ ac judicio res tanti momenti ſuſcipitur. Jamque tertium fermè Luſtrum labitur, quod in Illuſtri Alcmariâ perſonam hanc & Provinciam ſuſtineo. Quo tempore à noſtrâ manu & mensâ egregiâ fide & familiâ Juvenes in publicum prodierunt.

runt. Apud quos veteris ſtat gratia facti. Vos, numero nunc pauciores; ſed Parentum gloriâ ac dignitate, in Bataviâ hac noſtrâ, nulli ſecundi. Quare cum majore curâ atque induſtriâ adniti oportet, ut Spartam, quam bene agendo ſemel nacti ſumus, feliciter porrò exornemus. Quantòque generoſiora in cuſtodiam noſtram Civium pignora accepimus, tantò religioſius ad Fidei illa Commiſſa mentem oculoſque intendamus. Quo animo & affectu, *Ornatiſſimi Adoleſcentes*, Vobis Philologicum hoc Exercitium Inſcribo. Opuſculum, certè, niſi à rabulis aliquot & caculis, h.e. malè eruditis, ſuo more deridendum ac rodendum. Quorum invidiam & applauſus juxta

ta habemus. Cæterùm, precor Opt. Max. DEUM, ut vestra Ingenia SPIRITUS sui Sancti radiis illustret, memoriam augeat, judicium confirmet. Semperque illam è Tripode vocem vestris animis auribusque insertam infixamque velit:

Dii majorum umbris tenuem & sine pondere terram,
Spirantesque crocos, & in urnâ perpetuum ver,
Qui præceptorem sancti voluere Parentis
Esse loco.

Ita fiet, ut amor & admiratio præstantissimorum Hominum divinam vobis ad omnes virtutes pariant imitationem. *Valete, Ornatissimi Adolescentes.*

Ex Museo meo Alcmariano CIↃ IↃC LII. Idib. Juni.

PRÆ-

PRÆFATIO

AD

Juventutem

ALCMARIANAM.

E*Xperiundo didici,* Ornatissimi Adolescentes, *quàm utile sit politioris Literaturæ Studioso, ut Origines Linguæ Latinæ probè intelligat. ne in solâ verborum superficie sibi satisfaciens, optimam rei medullam & messem negligat. Penitiùs penetrare oportet nobile Philologiæ mysterium, quandò nomen & lucem ab hisce literis exspectamus. Vulgo satis est, trivialem monetam & æs grave sub manu versari. nobis Uniones & Margaritæ solummodò placent. Nunquam enim mihi videntur Suadam Romanam seriò illi tractare, qui externâ cute, ac tenuibus tantum*

officulis

ossiculis contenti, ipsam pulpam & Genium internum prætereunt. Igitur pro meâ virili hoc agere soleo, ut officinam nostram instruam puro puto auro, & ære, ut sic dicam, Corinthiaco. Plebeia ac cognitu faciliora in quadriviis occurrunt, & ab ipsis Hypodidascalis primæ ætatulæ inculcantur. Hæc, de quibus dico, sæpè latent sub Timantis velo, & Oedypo est opus conjectore. Philologiam majorem proximè, si volet Deus, in publicum dabimus. Cujus hæc tantum Synopsis & compendium est. Ante quinquennium Comicos enucleavimus, auream typographo messem. Nuperrimè Florilegium Philologicum accepistis: in quo res magis, quàm verba spectamus. Quia in utraque paginâ exerceri is debet, qui famam ab ingenio & literis vult consequi. Vos,

Orna-

Ornatissimi Adolescentes, *manum semper ad tabulam habete, & nostro sudore præmonstrata Vobis vestigia feliciter premite. Sic fiet, ut Principis populi Majestas & Eloquentia, Vestris auspiciis in majus provecta, aliquando in Batavis nostris clara æternaq́ue habeatur.* VALETE, *chara pectora, & juxta divini Numinis Religionem, Bonas Artes ex merito semper æstimate.*

Vobis Virtutique Vestræ

Addictissimus

REINERUS NEUHUSIUS,

Gymnasii Rector.

Reineri Neuhusi
Jurisconsulti

SYNOPSIS ETYMOLOGICA.

A.



Bdomen. quod quasi sub *cute* sit *abditum. Abdomine tardus.* Juvenal.

Abolla. Vestis Senatoria. quasi *abulla*, quod undique sit bullata. Aliàs Duploïs, quod ex duplici panno. Vide *Bulla.*

Aborigines. quasi *sine origine.* Dicti antiquissimi Italiæ populi, qui primùm tenuerunt agrum Latinum. Vel ab ὄρος, quod sedes montanas habuerint. Græcè Αὐτόχθονες, quasi sine origine. Sic & dicti ἐγχώριοι indigenæ, in illo loco nati. Sive, πρωτογενεῖς, primogeniti. Vide *Indigenæ.*

Abstemius. ex *abs* & *temetum*, vinum. quasi diceres, *abstinens vini.*

Aconitum. Herba efficacissimi veneni, Cerberi spumâ conspersa. ἀπὸ τῆς ἀκόνης. h.e. à cote; sive caute. Hinc Ovid.

Quæ, quia nascuntur durâ vivacia caute,
Mortales aconita vocant. Alii, ab ἀκονιτί,

 sine

sine pulvere. quod sine hoc proveniat.

Academia. Vide *Ecademia.*

Acroamata. Ludicræ narrationes, ab ἀκροᾶν, audire.

Acheron ab α privat. καὶ τοῦ χαίρειν, h.e. gaudendo. vel ἀπὸ τοῦ ῥέειν ἄχεος, quod fluat rivis molestiarum.

Achilles. ab α pr. καὶ τοῦ χιλοῦ, sine cibo. quod cervorum tantum medullis educatus sit à Chironte. Fortè hinc dictus Homero, ποδάρκης, καὶ ποδὼς ὠκύς. Vide plura in *Examine Philologico, brevi in lucem proditu-ro*, si Deo O. M. sic visum.

Adonis. Veneris minister. ἀπὸ τοῦ ᾄδειν τοῖς ἀνθρώποις, quod hominibus canat. Fortasse legendum ἥδειν, quod placere sign.

Acies. ab ἀκονᾶν, vel ἀκονιζᾶν acuere.

Acidalia. Venus dicta. quod hominibus injiciat curas. quas Græci ἄκη dicunt. Vel quod ἀκίδας spicula vocent, quæ unà cum acu tribuuntur Cupidini.

Adrasteia. Rhamnusia & Nemesis. παρὰ τὸ ἀεὶ δρᾶν, quod sine fine operetur. Juxta Pausaniam ab α privat. & διδράσκειν, fugere. Vel δρασμοῦ, fuga, *quod nemo malus Dei vindictam effugiat.*

Acessæi. dicti *comperendinatores*, quib. nunquam ad bene agendum tempus est opportunum. *Acessæus* nomen nautæ ignavissimi, qui semper Lunam accusabat, tan-quam

quam ad navigandum non opportunam.

Acræa Iuno. dicta à Corinthiis, quod ἐν ἄκρᾳ τινὶ h. e. in promontorio quodam non procul à Corintho coleretur.

Acroceraunia. ex ἄκρον καὶ κεραυνὸς, fulmen. quod ejus verticem fulmen vibret.

Aeneas. ab αἰνέω, laudo. αἶνος, Laus. quod nulli virtute secundus.

Alcides ex Gr. ἀλκὴ, virtus, robur, fortitudo.

Alecto. ex α pr. & λήγω, desino, quia cupiditas nunquam satiatur.

Amphitrite. Uxor Neptuni, ab ἀμφὶ, καὶ τρίβειν à circumterendo, quod mare terram undique terat.

Ancon. sive *Ancona.* Civitatis nomen. à situ quod cubiti modo sinuosum sit ejus spatium.

Anglia. à Reginâ Saxonum, Angelâ. Saxones enim, illustres Germ. populi insulam illam oppresserunt. Alias *Britannia* dicta, à Rege Britone. *Albion,* ab albis montibus.

Aquæ Sextiæ. urbs Galliæ, juxta quam sunt aquæ calidæ, quæ ægros curare solent. à Sextio quodam Rom. duce, qui perdomitis Salibus oppidum hoc exstruxit.

Adelphi. Fratres, quasi non soli. Δέλφον enim prisca Græcorum lingua unum significat. Unde Apollo & Sol Delphios dicitur, quasi unus & solus. Alii ab α, quod interdum significat, ὁμοῦ simul, & δελφὺς, uterus.

Ador. olim *edor* dictum, idque ab *edendo.* quia P. R. ex omnibus frumenti generibus trecentis annis ſolo farre uſus fuerit. Alii ab *adurendo*, quod torreri ſoleret, antequam ex eo mola ſalſa conficeretur. Hoc etiam *Adoreum* appellatur.

Adorea. ab *adoreo*, quod veteres ſummo in honore habuerunt. Sic Imperatores, re bene geſtâ, hoc frumenti genere à Populo donari ſolent. Denique ipſam gloriam à Farris honore Adoream vocarunt.

Adulor. ἀπὸ τῦ δέλυ. à ſervis. Omnis enim adulatio ſervilis. Vide plura in *Exam. Ph.*

Adulterium. quaſi, *Itio ad alterius torum.*

Adytum. Locus eſt ſecretior templi, ad quem nulli eſt aditus. ab α καὶ δύω, ingredior. Locus inacceſſus.

AEdepol. adverbium jurandi. h. e. *per ædem Pollucis* juro.

AEger. ab *ago*, per contrarium. quod ægri non bene agant functiones.

AEgloga. Sermo rerum Paſtoralium. quaſi αἰγῶν λόγος. Ἐκλογὴ, electio, elegantia.

AEnigma. ab αἰνίττω, obſcurè loquor. Eſt enim quæſtio obſcura.

AEquor. ab *æquare*, quod æquam ſuperficiem habeat æquor. Igitur tam de terrâ, quàm de mari dicitur.

Abyſſus. ab α privat. καὶ βυσσῦ, fundo. Vel παρὰ τὸ βύω, βύσω. Vel παρὰ εἰς βύω τὸ καλύπτω.

Able-

Ablectæ ædes. derelictæ. à Gr. ἀπολέγω rejicere.

Ablegmina, partes, quæ diis projiciebantur. quæ propterea dicta *profecta*, & *proficiæ.*

Acersecomes. Si nemo tribunal vendit Acersecomes. Juvenal, Apollinis epitheton, quasi intonsis capillis. ab α privat. κ) κείρω tondeo & κόμη.

Ægis. ex pelle Capræ fuit, quæ Græcis est, αἶξ. ἀπὸ τοῦ αἴσσειν, quod irruere significat. ab hoc Iovis scuto postea omnia Deorum scuta nominata.

Martialis:

> *Accipe belligeræ crudum thoraca Minervæ*
> *Ipsa Medusæ quo tumet ira deæ.*
> *Dum vacat hoc, Cæsar, poterit Lorica videri,*
> *Pectore cum sacro sederit, Aegis erit.*

Vide plura in *Examine nostro Philol.*

Æschines. ἀπὸ τοῦ αἴχυς, à pudore.

Aesculapius. ἀπὸ τοῦ τὰ ἀσκελῆ τῶν νοσημάτων ἤπια ποιεῖν, quod quæ morborum aspera sint, reddat mitia. Unde & dictus est ἀπαλεξίκακος, malorum propulsator. Quod alii deducunt ab α privat. & σκέλλεσθαι, mori, quod homines afflictos admodum servaret.

Æthiops. αἰθίοψ, παρὰ τὸ καίειν vel αἴθειν, à comburendo. & ὤψ, ὠπὸς adspectu. ὅτι κεκαυμένην ἔχει τὴν πρόσοψιν, quod faciem habeat combustam.

AEtna. ἀπὸ αἴθειν, ardendo. *Turbine fumantem piceo & candente favilla, Attollitque globos flammarum & sidera lambit.* Virgil.

Africa. ab Afro, qui ab Hercule genitus. Sed verius ex α privat. & φρίκης, horrore.

Agonotheta. ἀπὸ τοῦ τιθέναι τὸν ἀγῶνα. h. e. decernendo certamine.

Agesilaus. διὰ τὸ ἄγειν τοὺς λαοὺς, quod populos ducat.

Aer. ἀπὸ τοῦ αἴρειν, quod ferat terram. vel quod feratur. Sed rectius deducitur ab ἄημι, spiro. vel ἀπὸ τοῦ ἀεὶ ῥεῖν, quod semper fluat.

AEther. ἀπὸ τοῦ ἀεὶ θεῖν, quod semper rapidissimis cursibus rotetur. Vel ἀπὸ τοῦ αἴθειν, à flagrantia.

Ager. ab *agendo*, quod in eo aliquid agatur. Labor actus in orbem Agricolis redit.

Agnus. qui *annum* nondum egressus. ἀπὸ τῆς ἁγνείας, à puritate. Nam Agnus quasi ἁγνὸς, castus, purus.

Agrippæ. ab *ægro partu*. quorum in nascendo non caput, sed pedes primi exeunt. qui partus difficillimus.

Alabastrum. Vasis genus, ex alabastrite lapide, torno excavatum. ad conservanda unguenta. ab α & λαμβάνω. Erat e. vasculum sine ansis. quia propter levitatem manibus teneri non potest.

Alcedines. quasi *Algedines*, quod hyeme pariant

riant in mari. ἀλκυὼν, παρὰ τὸ ἐν ἁλὶ κύειν, quod in mari fœtus excludat.

Alga. ab *algore* aquæ. ſive, quod pedes *alliget*.

Alica. Tritici genus, ab *alendo*, quod vehementer nutriat. *Alicaria Meretrix*. quod ſolitæ circa piſtrina verſari.

Alima. Medicamenta, quæ famem aut ſedant, aut prohibent obrepere. ex α καὶ λίμος.

Algeo. ἀλγέω. *doleo*, patior frigus. ἄλγος, frigus. quod hoſtis ſit acerrimus vitalium inſtrumentorum.

Allodium. quaſi ἄλλο ἴδιον, quod opponatur feudo. Et quod allodii poſſeſſor nullius ſit vaſallus. *Allodiale* eſt, cujus poſſeſſor eſt ſine lode. h.e. nemini ſervit. Vide plura apud *Becmannum*. Et *Feudum* confer.

Aliptes. Magiſter Athletarum. ἀπὸ τοῦ ἀλείφειν, inungere.

Almus. ab *alendo*, ut alma, quod fructus miniſtret, quibus alimur.

Alpes quaſi Albes, ab albeſcendo. hinc & *Albiones*: de quibus vide *Fungerum*.

Alnus. Arbor, quod *amne alatur*.

Altare. ab *altitudine*. Nam antiqui in ædificiis à terra elevatis ſacra faciebant Diis ſuperis. In terrâ Diis terreſtribus. In terra effoſſa Diis Infernalibus.

Amaranthus. Herba ab *immortalitate* nomen habens. ex α & μαραίνομαι, tabeſio.

Alvus. ab *alluendo.* κοιλία, qua ſordes effluunt.

Ambarvalis. ab *ambiendis arvis.* Dictum victimæ genus, quotannis pro frugibus ſacrificari ſolitum. Feſtus, ab *ambo*, quod ambarvales hoſtiæ pro arvis à *duobus fratribus* ſacrificarentur.

Ambroſia. Latine immortalitas. ab α & βροτὸς mortalis. Vel, quia immortales non comedunt. Βρώσκω, paſco, commedo.

Abligurire. ſuaves eſcas abſumere. ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ. Græci vocant λιγυρὸν ſuave.

Amo. ab ἅμα. h. e. ſimul, unà. Amor enim eſt affectus unionis.

Amicus. olim amæcus. quaſi ἅμα & οἶκος, hoc eſt, qui juxta domum noſtram habitat.

Amneſtia. Ex ἀμνηστέω, immemor fio. Lex oblivionis, de qua Valerius: κάλλιστον ἐκ παιδείας ῥῆμα μὴ μνησικακεῖν.

Alchymia. quaſi diceres ἁλὸς χυμεῖαν, ſalis ſuffuſionem. χύω vel χέμι fundo. Ars, quâ metalla in alias ſpecies vertuntur. quod Belgis, *Algemiſt*.

Amethyſtus. ex α. & μεθύσκω, quod eſt, inebrior. ſive quod ebrietati reſiſtat.

Amnis. Ex *Am*, circum, & *No*, fluo.

Amœnus. ab A, id eſt, *ſine*, & munus. quod res ſit grata, vel ſine fructu. Vel à *mœnio*, munio, ideo, qui nihil præſtant, immunes

nes vocantur. Festus ab *amo.* nam amœna loca ad se amanda alliciunt.

Amphibia. ex ἀμφὶ καὶ βίος. quod in ambobus elementis degant. Cicero vocat bestias ancipites.

Amphibrachus. pes est ex prima & ultima brevibus, media producta. ἀμφὶ utrinque. Βραχὺς, brevis.

Amphithetum. Poculi genus. quod utraque parte stare potest. Ex Amphitheto bibisti. Ex ἀμφὶ καὶ τίθημι.

Amphora. vasis genus, duas habens ansas. ἀμφὶ καὶ φέρω, quod utrinque feratur.

Amuletum. ab *amoliri.* quod remedii genus mala depellat.

Amusus. Sine Musis, aversus à Musis. Antiquitus nihil eruditum habebatur sine Musica. Quare Comici literarum nescios dicant, non didicisse Musicam.

Amystis. à Gr. ἀμυστίζειν. h.e. sine respiratione bibere. Nam Amystis strenuæ potationis genus apud Thracas. Ex Amystide bibere.

Anancæum. poculum magnum, quod *necessariò* in potandi certamine ebibendum. quasi ἀναγκαῖον. Poëta vetus ἀνάγκαν vocat τὴν φρενῶν ἔκστασιν, quia homo liberalius poto vino non est suæ spontis. Plautus ad *Letheas* undas alludit: Anancæo datum, quod biberet.

Almanac. Calendarium, μαναχὸς. à Luna & mensi-

mensibus. μλὼ Doricè. μλωὴ, est mensis, μλωη Luna. Maniacus & manacus. μλωιαῖος, menstruus. *Al*, est articulus Arabicus. Hæc Becmannus. *Anapæstus*. pes ex duabus syll. brevibus, & tertiâ longâ. Ex ἀνὰ, re, & παίω, iterum quasi ferio. Antidactylus.

Anas. avis undis amica ἀπὸ τοῦ νεῖν, nare.

Anceps. à *Capiendo*. quod ex utraque parte *æquè capiatur*; vel caput habeat.

Ancile. ex *am* & *Cæsum*. quasi *Ancisum*. Vel ab ἀγκῶν, quod est cubitus. Vel ab ἄκος, remedium: quoniam pestilentiæ remedium fuit.

Ancilla. ab *Anco* Martio, ut Festus, quod is in bello magnum fœminarum numerum ceperit. Sive ab *Anculare*, quod veteres ministrare dicebant. Hinc Plin. *terra mortalium semper Ancilla*.

Anemone. ἀνεμώνη: Herba, florem habens ejusdem nominis, caducâ levitate, statim evanescentem. ab ἄνεμος, ventus.

Annus. ex Am & No. Sive ab *anulo*, quod in se redeat. Alii ab ἀνανεόω, renovo. Græcis quoque dictus ἔνος & ἕνος, nec non ἔννος & ἐννος, & ἐνιαυτὸς, ἀπὸ τοῦ ἐν ἑαυτῷ ἰέναι, quod in se redeat more circuli.

Antipherna. Bona sunt, quæ à marito loco dotis adferuntur in matrimonium. φερνὴ dos. *Parapherna*, quæ mulier ultra dotem sibi habet.

Apollo, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ βάλλειν τοὺς ἀκτῖνας, quod ſemper emittat radios. Vel ἀπὸ τοῦ ἀπολλύειν ſolvendo, quod à morbis nos liberet ac ſolvat.

Anus. ex α & νοῦς. h. e. ſine mente. Vel ab *annorum* multitudine.

Apella. quaſi *ſine pelle*. quo nomine Iudæi circumciſi appellati.

Aper. ſic dictus, quod in *locis aſperis* verſetur.

Apes. ex α καὶ πούς. quod *ſine pedibus* naſcantur.

Apex. quod longè ſit à *pedibus*. Sumitur pro ſumma verticis parte.

Apium. ab *apice*: quia olim *apex capitis* apio coronabatur. Victorum ſc.

Graiaque apium meruiſſe coronæ. Juven.

Apocryphus. α κρὶ κρύπτω abſcondo. In ſacris apocrypha: quorum occulta origo eſt.

Apoplexia. Stupefactio nervorum totius corporis, cum privatione ſenſus & motus. ex ἀποπλήττω, percutio.

Apoſtema. ἀφίστημι, quod eſt abſcedo. Hinc apud Medicos dicitur *abſceſſus corporis*.

Apricus. quaſi diceres, ſoli expoſitus. ἄνευ φρίκης. ſine frigore. *Aphrica*, quod igne torrida.

Aprilis. quaſi *aperilis*, quod *terram aperiat*. Vel *aphrilis*, ab ἀφρὸς, ſpuma. quod Venus ex ſpuma maris ſit orta. Cui hic menſis ſacer.

Ara. quaſi *anſa*, ut vult Varro. Dicta à tripodibus,

dibus, quod ſacrificantes anſas tenerent. Vel, quia precantes manibus aras prehenderent. quæ primum anſæ dictæ. Poſtea aræ. alii ab *ardendo*, quod in his victimæ adolerentur. Alii ab ἀρᾶσθαι deducunt, quod eſt, oro. quia in ſacrificando oratur.

Aries. quod *aris* imponi ſoleret, ad ſacrificandum. Aries quoque belli machina & ſidus cæleſte.

Aretalogus. à Gr. ἀρετὸς, gratus, placens; qui fabellas acroamataque auditoribus grata loquitur.

Ars. ἀπὸ τῆς ἀρετῆς. à virtute.

Arrogans. ex αἰωρέω & αἰωρίζω, attollor, ſuperbio. αἴωρος ſublimis. μετέωρος, altus.

Arvum. ab arando. Græcè ἄρουρα, ab ἀρόω aro. ἀρόωσις, aratio. ἀρουρητόνος, agricola. Sic, *ager, arvus* h. e. aratus.

Archymagirus. Præfectus coquorum. ab ἄρχων & μάγειρος, coquus.

Archimandritæ. Præpoſiti conſectaneæ turbæ. non diſſimiles Epiſcopis. Sic dicti, quod principes mandræ & agminis ſint. *Mandræ* ſignificant ſpeluncas, in quibus greges ſolent ſtabulari. Hinc Epiſcopi archimandritæ. Alciatus vocat *Abbatem*. Priſci enim monachi eremos colentes, ἐν ταῖς μάνδραις, h. e. in ſpeluncis habitabant.

Aſtyanax. παρὰ τὸ ἀνακῶς ἔχειν, τὸ ἄστεως τὸν Ἕκτορα, quod ſedulò Hector urbem ſervaret.

Athena. ita dictam volunt quasi ἀθρῶσαν τινὰ οὖσαν, παρὰ τὸ τὸν νοῦν ἀθρεῖν, quod mentem ad certum rerum contuitum dirigat. Vel ἀπὸ τοῦ θῶ, quod est, θηλάζω. Vide *Minerva.*

Atrox. à Gr. ἄτροξ, crudum. Vel, quod nihil timeat, & ἀ priv. & τρέσαι, timere.

Arcturus. Stella in signo Bootæ, post caudam majoris ursæ: cujus ortus tempestates facit. παρὰ τὴν τῆς ἄρκτου οὐρὰν, ab ursinæ caudæ similitudine.

Arcus. ab arcendo, quod eminus *arceat* hostem.

Ardea. quasi *ardua*, ab altè volando.

Area. quod *ardore solis* facta sit arida. Quidam ab *ara*, quod sicut ara pura est, ita areæ in vico & urbe loca pura sunt, h. e. sine ædificio. Romæ campus Martius quoque Area dicta.

Aries. ab *ara*, quod aris imponi ad sacrificia soleat.

Arista. ab *ariditate*, quod omninò arida sit.

Aristocratia. Optimatum principatus: quasi ἡ τῶν ἀρίστων κράτησις. quale imperium hodie apud Venetos.

Arma. ab *armis*, humeris, à quibus dependent. Varro ab *arcendo*, quod his arceamus hostes. Aliqui ab ἁρμόζειν. h. e. convenire. quia arma inutilia sunt, si non corpori benè quadrent.

Armentum. ut Festus ait, pecus est idoneum

ad opus armorum. Varro boves armenta vocari voluit, quasi *aramenta*, quod illis in aratione utamur.

Arx quod *arceat*, vel prohibeat hostem.

Asparagus. quod ex *asperis* legatur *virgultis*. sed, Græcum videtur, quia Romani à Græcis hunc fructum acceperunt.

Assa. nutrix est, quæ infantibus non præbet lac, sed illis perpetuo *adest*, & curam illorum habet. Iuvenal.

Hoc monstrant vetulæ pueris repentibus assæ.

Asaratum. Pavimentum picturæ arte elaboratum, dictum. quod verri non debeat. Græcis scopæ σαίρει dictæ.

Asceteria. vocantur à Iustiniano Monasteria. ab ἀσκῶ, quod est mentem exerceo, in contemplatione rerum divinarum.

Assecla. ab *assequendo*. Hinc Cicero: Tu omnium mensarum assecla. quod verè de Parasitis dixeris, qui Sportulâ vivunt. h. e. adulatione.

Asthmaticus. qui anhelus & suspiriosus. à morbo, qui ἄσθμα vocatur. h. e. spirandi difficultas.

Asylum. Locus, vel templum inviolabile. unde nemo poterat sine summo piaculo avelli. ab α, & συλάω, rapio. Alii à σύρω, traho. Ἀσυλία, jus libertatis.

Atrium. Dictum ab *Atriatibus* Hetruriæ populis. Vel, quod à terrâ oriatur, quasi

Ater-

Aterrium. Vel, quod *atrum* esset ex culinæ fumo.

Atropos. ἀπὸ τοῦ ἀτρέπτου, quod immutabile sit, quicquid præteriit. Vide *Lachesis, Clotho.*

Averruncus. ab averruncando. *Deus everrens* quasi omnia.

Auctio. Dicta sic, quod pretium in illa à licitantibus *augeretur.* Juvenal. *Et vendas potius commissa quod auctio vendit.*

Aventinus. ab *avidus.* vel ab *adventu* hominum qui illuc ad Dianæ templum commeabant. Vel, ab *advectu.* Erat enim mons à reliquis paludibus discretus. unde ratibus ad eum advehebantur, quadrantem pro naulo solventes.

Avarus. ab *avendo,* quasi avidus æris.

Augurium. quasi *Avigarrium,* vel Avigerium, à garritu.

Avis. ab *aviis locis* dicta, quibus aves maximè delectantur.

Aures, ab hauriendis sonis. Alii ab αὐδὴ, quod vocem significat. ut aures dictæ quasi, *audes.*

Auriga. ab aureis regendis dictus. Sunt enim *aureæ,* Lora, quæ circa equi jugalis aures religantur.

Aurum. ab *aurâ.* h. e. splendore, vel à Græc. αὐγὴς. quod divitem & potentem significat.

Aurum. ab avertendo, quod ejus cupiditas animum

animum pervertat. Festus deducit ab ὁρεῖν, quod nobis est custodire.
Auspex. ex *auspicando*, quod de Nuptiarum successu auspicia sumerent. Auspicem quoque dicimus, cujus authoritate aliquid gerimus.
Auspicium. quasi *Avispecium.* ab avibus spectandis & inspiciendis.
Auster. ab *hauriendis aquis* dictus.
Autumnus. ab *augendo* videtur dictus. quod eo tempore agricolarum *augeantur opes.*
Avus. ab *ævo*, quod major annis sit, quàm pater. vel ab αὐὸς, quod siccum & aridum significat. Vel ab αὔω, clamo: quod hæc ætas clamosa sit.
Avunculus. quod æquè tertius à me, ut Avus, sed non ejusdem juris. vel quod *Avi locum teneat.*
Axis. Lignum teres, citra quod rota currus vertitur. Dictus ab *agendo*, quod rota circa illud lignum agatur, h. e. moveatur. παρὰ τὸ ἄγειν, quod ducere & agitare significat. Aliàs, *mundi diameter.*
Axinomantia. divinationis species, per secures & dolabras, quas Græci ἀξίνας appellant.
Axungia. adeps suillus inveteratus. à Græc. ἀξύγγιον. alii ab *axe* & *ungendo.* Apud veteres in usu, quod novæ nuptæ domum intrantes axungia postes inungerent.

Bacca-

B.

B*Accalaureus.* qui Laureâ baccâ insignitus. quasi *Baccalaureatus.* Vide Examen Philologicum.

Bacchus. ἀπὸ τοῦ βαχεῖν, à vociferando.

Bacchanal exercere aliquem dicebant, cum delirare inciperet, quasi Baccho jam plenus. Luna, Bacchus, Ceres, furoris præsides credebantur. unde *Lunatici, Cerriti, Bacchi.*

Barathrum. qui vorat quicquid in macello est. propriè locus præceps. dictum à Gr. βαρὺς profundus.

Baleares. insulæ in Hispaniâ. à *Baleo* quodam, Herculis comite ibi relicto. Sive ἀπὸ τοῦ βάλλειν à jaculando, quia fundæ jaculatores ibi peritissimi.

Balatrones. & Blateas antiqui appellabant *bullas luti* ex itineribus, aut quod de calceamentorum soleis raditur. Balatrones pro hominibus nihili.

Ballista. à βάλλω, jacio. machina, quâ sagittæ torquentur.

Barbari. dicti ab initio, qui difficulter atque duriter loquebantur. quemadmodum blæsi atque balbi, qui linguâ sunt impeditâ. Dicti Barbari à βάρβαρ, absonâ voce. In quam peregrini homines Athenas adventantes, quum primùm Græcè loqui conarentur, inciderent.

Barrus.

Barrus. à *barrire.* Hinc *ebur,* quod ex barro.

Basanites. Lapis, ex quo fiunt cotes. ἀπὸ τοῦ βασανίζειν, quod est, explorare. Unde & βάσανον dicunt Græci pro indice, cujus attritu exploratur aurum.

Bastagia. à Βαστάζω, quod est, porto. Erat munus ferendi res necessarias ad exercitum. *Bastagiarii,* qui militibus necessaria apportabant.

Batillum. est ferreum instrumentum, similitudine palæ, quâ prunas colligimus. primò *Batulium,* quasi patulum. Hinc *Batillum.*

Baxeæ. calceamenti genus. Sunt & crepidæ, ἀπὸ τῆς βάξεως, philosophis inprimis attributæ.

Beta. Herba dicta, quod referat formam B. teste Columella. Martiali, *fatua,* dicitur unde proverbium: *Nil sapiunt fatuæ fabrorum prandia Betæ: ô quàm sæpe petet vina piperque coquus.*

Bellum. quasi *minimè bellum.* aliqui à *bono* deducunt. quod boni gratiâ olim bellum susciperetur. alii à *duello.* Festus à *Belluis.* quod belluarum sit, mutuo se laniatu conficere.

Biclinium. Locus, ubi *duo lecti* sunt. sicut triclinium, ubi tres lecti à κλίνη.

Bidental. Locus fulmine tactus. Sic dictus ab *ove bidente,* quæ ad prodigii procurationem à Sacerdote immolata, ibi sepeliebatur. *Bidentes:* à duobus dentibus eminulis & altioribus

tioribus. Alii *Biennes*, quod annorum binorum.

Bisultor. Martis cognomen. *à bis ulciſcendo.*

Blatta. vermis, qui alvearia lædit. à βλάπτω noceo.

Blitum. genus oleris, à ſaporis ſtupore appellatum; Græcis βλὰξ ſtupidum & bliteum ſignificat. *Blitea meretrix*. h.e. fatua & peſſima. Hinc. & *blatire*, h. e. blaterare, & ſtultè loqui.

Blenni. βλέννα, muccus eſt. Homo ignavus per hoc ſignificatus. *Buccones* arrogantes magis quàm garruli, pleniſque buccis.

Boreas. à *Boando*. Ventus frigidus. ἀπὸ τῆ βοᾶν, καὶ ῥεῖν. à clamore, & fluere.

Bomolochus. περὶ τοῖς βωμοῖς λοχῶντες. Scurræ. propriè, qui altari inſidiantur.

Bos. ἀπὸ τῆ βόσκω, paſco. quod homines paſcat laboribus ſuis.

Boſphorus, vel *Boſporus*. ἀπὸ τῆ βοὸς, καὶ πόρυ, ſpatium, quod poſſit bos trajicere natando. anguſtas maris fauces ſignificat. Duo ſunt, Thracius & Cimmerius. tam brevi intervallo uterque, ut alitum cantus & canum latratus ab ulteriore littore invicem audiantur. Alter, juxta Byzantium. Aſiam dirimens ab Europâ. Cimmerius à populis Cimmeriis, in introitu Mæotidos paludis, juxta Tauricam Cherroneſum. Qui terras frigoribus occupatas habitant, Cimmerii appellantur.

Bootes.

Bootes. à bove deductum. Latinè bubulcus. cæleste sidus, quod aliàs Arctophylax dictum, & more bubulci plaustrum sequi videtur.

Bovinor. convitior. quasi in aliquem *mugio.* λειδορίζομαι. Bovinatores, λοίδοροι.

Brimo. Dicta est Hecate. παρὰ τὸ βρέμειν, quod est, irasci, fremere, minari. Vel ἀπὸ τοῦ βρόμου, à crepitu ignis. βρὶ particula est intensiva. βριμήπυος ἄρης, latè strepens Mars.

Brizo. Insomniorum dea. παρὰ τὸ βρίζειν, quod est, dormire.

Brisæus. dictus Dionysius. Vel à Brisa, promontorio Lesbi; vel παρὰ τὸ βρίθω, gravo. vel παρὰ τὸ βρίζω, præ cibo & potu dormio. vel à βρύω, madefacio.

Bruma. à Bromio, Bacchi cognomine, quasi diceres βραχὺ ἦμαρ, diem brevem. quando festa erant Bacchi. Hinc *Brumalia.*

Bruchus. genus vermis, herbas & frondes arborum arrodens. παρὰ τὸ βρύχειν τὸ ἐσθίειν.

Bolonas exercere. dicti qui jactum retis simul vendere soliti. Gr. βόλος, retis jactus.

Bucolica. pastorale carmen. ἀπὸ τῶν βουκόλων, à bubulcis. quod pastorum genus apud rusticos maximò in honore fuit.

Bractea. ἀπὸ τοῦ βράχειν, à resonando. Bracteâ levior.

Bubino. penult. l. menstruo mulierum sanguine inquino. à Gr. βόλβιτον, fimus.

Bucci-

Buccina. Cornu recurvum. Dictum à *bucca*, quæ tubam significat. Sic & *Buccones*, à buccis tumidioribus. Plaut. Fungi, Buccones, Blenni. &c.

Bucentes. à pungendis bobus. κεντεῖν, pungere significat. Latini Asilum vocant.

Bucephalus. Equus Alexandri. à Bovis capite dictus. Vel ab adspectu torvo. Sive ab insigni taurini capitis, armo impressi.

Bulimia. immodica cibi appetentia. ex βȣ̃ καὶ λιμὸς, fames.

Bulla. insigne triumphantium. in cordis figuram formata, ut inspicientes bullam, ita se demum homines esse cogitarent, si corde præstarent. παρὰ τὴν βȣλὴν, à consilio. *Ludit & hæres bullatus.* Iuvenal.


Bumastos. uvæ genus crassioris, mammæ modo intumescentis. à βȣ̃ & μαςὸς, mamma. Aliàs *uva Bumamma.*

Bustum. quasi benè ustum. Locus, in quo mortui cadaver est combustum.

Butubata. sunt nugatoria. à puerorum vocibus desumpta, quas primâ infantiâ discunt, *Bu, Tu, Ba, Ta, Bu,* Bibere. unde *bua*, potus, & *vinibua.* Lucilio ebriosæ. Sic Pater *Tata, Papa,* Mater *Mamma* dicitur. *Tu,* appellatio cibi. unde *Tubuccinari*, pro manducare. Sed tales nugas nolimus hîc enucleare. Adi *Becmannum.*

Butyrum. dictum, quasi βοὸς, τυρὸς. h.e. bubulus caseus.

Byrsa.



Byrsa. corium. Græcis tergus. Unde & βυρσία coriarium appellarunt. Virgil. *Mercatique solum facti de nomine Byrsam*. &c.

C.

C*Achexia*. malus corporis habitus. qui hoc morbo laborant. καχεκτικοὶ appellantur. Ex κακῶς καὶ ἔχειν.

Cacoëthes. mala consuetudo. κακὸν malum, ἦθος morem significat.

Cacostomachos. qui habet debilitatum stomachum, hoc est, ventriculum. στόμα, os. os ventriculi stomachus dictus.

Cacozelia. indecora affectatio. κακὸς, ζῆλος. κακοζηλία.

Cacula. militis servus. ἀπὸ τῶν κάλων. h. e. à lignis, quæ ferebat.

Cadaver. corpus mortuum, à *cadendo*. quod post mortem ceciderit. vel à *carendo*, ut Servius: quod vitâ careat.

adiscus. Vascula, in quæ veteres calculos jaciebant. Quibus duo erant cadisci. alterum absolutionis, alterum condemnationis.

Caducum. est legatum sub conditione, quâ deficiente vel vivo, vel mortuo, id *cadat* vel ad testatorem vivum, vel ad substitutum eo mortuo. Vel quod ab uno cadit in alterum per hæreditatem.

Legatum omne capis, nec non & dulce caducum. Iuvenal. sat. 9.

Cæsar.

Cæsar. cognomen Iuliorum, ab eo dictus, quod matris utero fuerit cæsus, vel ab *elephanto* in pugnâ occiso, qui linguâ Maurorum *Cæsar* appellatur. Vel à *Cæsarie*, cum quâ natus proditur.

Caligula. à *caligis* dictus, quas margaritis refertas primus portavit. vel à *caligâ* militari quâ frequenter in exercitu utebatur, ad conciliandos sibi militum animos.

Caduceator. à *Caduceo,* quod ferebat. Caduceatores erant Legati pacem petentes. *Caduceum,* erat virga Mercurii, quâ ille ad tollendas discordias utebatur. à *cadendo,* quod bella & contentiones quasi cadere faceret.

Cadurcum. Tentorium, sive culcitra, quâ merces teguntur. à *Cadurcis* Galliæ populis, apud quos lini præstantia palmam obtinebat.

Cæcubum. Vinum generosissimum. à *Cæcubis* Campaniæ populis.

Cæditiæ Tabernæ. à *Cæditio* quodam, qui eas in viâ Appiâ ædificavit.

Cædua Sylva. à *Cædendo,* quæ religiosa non est. Incidua, quæ non cæditur. Lucos religiosos cædere, nefas.

Cælebs. quod *cælo vitam dignam* agat, qui conjuge caret. Vide *Monachus.*

Cælum. à *celando,* id est, occultando, quod omnia inferiora cœlet ac tegat. Vel à stellarum imagine, quæ in eo, quasi cœlatæ appareant.

pareant. Sic vaſa cœlata, quæ veteres ancæſa dixere. Vel cum Varrone ἀπὸ τῶ κοίλυ. h. e. cavum & convexum.

Ceremoniæ. Vel ab oppido *Cære*; vel à *carendo*, Nam urbe à Gallis captâ, in oppidum Cære convenere, ibique cum Veſtalibus, Deorum ſimulacra hoſtibus erepta, coluerunt, ſuis carentes ſedibus.

Cæſaries. Coma, à crebrâ *cæſione* dicta.

Cæſones. qui *cæſo utero* matris nati.

Calix. quod calidum ex eo bibatur. Sed non placet hoc. videtur à Græco κύλιξ, quaſi κύκλιξ, quod calix, circuli in modum, ſit rotundus. Secundum alios dictus χύλιξ, παρὰ τὸ χύειν, fundere.

Caſpes. à *cædendo* dictus, & ſignificat terram cum herbâ evulſam.

Caſtus. à *cædendo.* genus clavæ pilas plumbeas loris bubulis appenſas habens. Per *e.* ſimplex cingulum ſignificat, vel *Zonam* virgineam, quam maritus primâ nocte diſſolvebat. Fæm. gen. quamvis in maſc. reperiatur. à variis punctis ſic dicta. κεντεῖν pungere, vel picturare ſignificat. Vide *Ceſtus.*

Calamiſtrum. à *calefaciendis* capillis. Eſt propriè acus major, quâ calefactâ capilli criſpantur.

Calamitas. Grando, quod *calamos* comminuat, h. e. culmos & ſegetes.

Calatores & *Calones*. Servi, qui ob necessitatem vocari possunt. ἀπὸ τοῦ καλεῖν.

Calculus. quod molestiam *calcantibus* exhibeat hic lapis. h. e. pedem offendat.

Calendæ. à καλέω, *voco*. quia Pontifex calato, h.e. convocato populo tunc pronunciabat; quot dies à Kalendis ad Nonas superessent. *Iuno Calendaris*, quod calendarum dies illi sacri.

Callus, & *um*. Cutis densior, labore pedibus vel manibus facta. à corpore ad animum transfertur. Sic dicimur *callere quid*, cujus notitiam multo sudore nobis comparavimus.

Caligati milites. Qui tenuissimæ sortis, *caligis* utebantur. primæ & secundæ classis ocreas æneas gestabant.

Calata comitia. quod classes per ordinem calarentur, h. e. vocarentur.

Caldarium. à calore dictum. ahenum, quo *aqua calida* hauritur.

Calcar. Ferreus stimulus, qui ad calcem alligatur.

Calcitrones. Equi, qui *calcibus* aliquem infestant.

Calx. Lapis ustus. sic dictus à *calcando*. Nam sic lapides adstringit ut videantur calcati.

Camera. à *Camurus*, quod curvum significat & inflexum. Est arcus ædificium sustinens. quod & Fornix & Testudo à Latinis dicitur.

Camenæ. Filiæ Iovis & Memoriæ. Aliqui à *cantus amænitate* dictas putant. Aliqui *Casmenas*, quod castæ mentis præsides.

Campus. à capiendo, quod facilè *capiat* rerum multitudinem. vel quod veteres ex agro pleno caperent fructus.

Campana. aliàs dicta Nola, ab Episcopo Nolano. *Nola* est Campaniæ oppidum.

Canalis. Masc. & Fœm. gen. à *Cannâ,* quia canalis lignum est ad Cannæ similitudinem.

Candelabrum. à candela & labro, vel potius λάζειν, accipiendo. Varro & Festus à candela.

Cancelli. à *cancellare*, h. e. dispungere, delere. quando adverso calamo quid delemus. *Cancelli.* sunt ligna aut ferramenta modicis intervallis in transversum, instar retis, connexa. *Cancellarii:* scribæ Principum.

Cancer. à natura animalis istius sic dictus. scil. *recedendo.* Sic Sol quando est in Cancro, mense Julio, paulatim à nobis recedit.

Candidatus. à candidâ togâ dictus, quam induebant apud Romanos petituri honores, ad denotandam integritatem.

Caper. à *carpendis* virgultis. quare etiam Baccho immolari solet. Cum inprimis vites arrodat. De *Caprotinis Nonis*, vide in Ex. Philol.

Caperare. Plaut. *quid illuc est, quod illi caperat frons severitudine.* tractum à Caprorum fron-

frontibus crispis. pro tristi & rugalâ fronte.

Capillus capitis quasi pilus. *Capillaris arbor*: in quâ tonsum capillum adolescentes suspendebant, illum Deo consecrantes.

Caprotinæ Nonæ. à Caprifico, sub cujus umbrâ Junoni Caprotinæ eo die mulieres sacrificabant. Vel Caprotinæ dictæ, quod eo die Romani exierint sacrificatum ad paludem Capræ, vel Capreæ. Hinc Ovid.

Est locus, antiqui Capreæ dixere paludem:
Forte tuis illic, Romule, jura dabas.

Capitolium. Ciceroni deorum domicilium: cujus jacta fundamenta à Tarq Prisco, confecto bello Sabino, ab invento ibi *humano capite.* Hinc arces specie quoque singulari, Capitolia dicta.

Capnomantia. genus divinationis quod fiebat, *fumi dissectione,* qui è thure in arâ accenso emanabat. Qui hoc augurii genere utebantur, *Capnomantes* dicti. καπνὸς, fumus. μαντεύω, divino.

Capsis. idem, quod *Cape si vis.* Sicut, *sodes*, si audes.

Capulus. & capulum, à *capiendo,* id, quo mortui efferebantur. Capulus quoque manubrium gladii, quod manu capiatur.

Caput. sic dictum, quod ab eo *initium capiant nervi. Capitones*: qui adeo duri, ut nunquam de sententiâ sua dimoveantur.

Caracalla, indumenti genus, ad talos usque dimissum.

missum. ab *Antonio Imp.* populo datum. unde & Caracallæ nomen invenit.

Caro. quod anima *careat.*

Carcer. à *coërcendo.* quasi coarcer, ut vult Varro.

Cardiacus. qui *morbo cardiaco* tentatur. Juvenal: *Cardiaco nunquam cyathum missurus amico.*

Cardo. ἀπὸ τῆς καρδίας, quod cardo januæ quasi cor. Hinc Cardea Dea. quæ Cardinibus præerat. Cardinales unde.

Carina. à carinando. Carina pars navis, quam ventrem vocamus. h. e. infima trabs, cui inædificatur navis. *Carinare* significat aliquando probra alicui objicere. Sunt enim infimæ sortis homines, *Carinatores* dicti.

Carmen, quasi *canimen.* veteres enim carmina canere solebant.

Caseus. à *coëundo*, ut Varroni placet. à lacte scil. coacto.

Caprificus. ficus Sylvestris parietes & saxa ipsa sibi obstantia *caprini* more discerpens.

Castanea. à *Castano* Magnesiæ urbe. tam fructum, quàm arborem sig.

Castrum. Locus muris munitus. dictum à *casâ,* quod sit conjunctio casarum.

Cataphractus. idem quod, *undique munitus.* à Th. καταφράττω. Hinc equites cataphracti.

Caro. quod *anima careat.* mortuorum scil. animalium.

Cataracta. vel. *tes* locus abruptus, & præceps in flumine: unde aqua ruit potius, quàm fluit.

fluit. καταῤῥίπτω, cum impetu cado significat.
Catarrhus. fluxio, sive distillatio. à Gr. καταῤῥέω. defluo.
Catastrophe. Subversio. ἀπὸ τοῦ στρέφειν. quod in eâ res turbulentæ convertantur in lætum exitum.
Catasta. Locus, ubi venales servi exponebantur. ex καθιστάω, expono. Est quoque machina lignea. in qua supplicia statuuntur nefariis.
Catatyposis. Est figura, quæ fit, quum ad typum aliquid, h. e. ad formam alterius describitur. Virg. *Omnia Meucurio similis vocemque coloremque*.
Categoremata. & Categoriæ. Prædicamenta Logica. à κατηγορέω, hoc est, accuso.
Cathedra. καθέδρα, ας, ἡ. ex καθέζομαι, sedeo.
Catholicus. dici potest, universalis, κατὰ, circa, & ὅλον, totum. Hinc medicamentum Catholicum. Religio Catholica.
Catinus & um. Vas est escarium, à *capiendo* dictum. *Catillus*, vas parvum. *Catillones*, qui lingunt catillos, & pro gulosis accipi solent. *Catillatio* objiciebatur provincias amicas diripientibus.
Catulus. ab antiquo *Catus*, quod sagacem significat. *Catulire*, est gestire, & coitum maris appetere. Sive, *catillire*, catulorum more ligurire.

Caupo. à cauponâ & *caupedia*, sive *cupedia.* à Gr. καπηλεύω, cauponor. κάπη,ης, ἡ, idem quod φάτνη, præsepe, cibus. à κάπτω, comedo. πηλὸς propriè, *lutum.* & Ionice, *vinum.*

Causia. pileus latas oras ac margines habens, ad prohibendum solem. à καίω incendo, uro.

Cayster. Fl. Lidiæ ἀπὸ τοῦ καίεσθαι, quod est, amburi. est enim vicinus Ephesiæ prætorridæ & præustæ.

Caudex, vel *Codex*. Est id in fructibus, quod à radice supra terram simplex assurgit. Est quoque plurium tabularum contextus, unde tabulæ codices dicuntur, quasi caudices. Hinc *naves caudicariæ*, quibus merces subvehuntur. ideoque *Appius Claudius*, *Caudex* quoque appellatus, quoniam primus Romanorum persuasit navem conscendere.

Caula. Stabulum. Festo authore, à *cavo*, quod antiqui oves, ante stabula, in antra deducerent. Verius, ἀπὸ τῶν καυλῶν. Nunc fiunt ex viminibus septa. olim omne receptaculum caula.

Celeres. Milites trecenti, quos Romulus ad custodiam corporis sui delegerat. Sic dicti à *Celeritate* expediendorum negotiorum.

Cella. Dicta, quod in eâ aliquid *celetur*. Cella quoque pars templi sacratior; ἄδυτον.

Celox. Navigii genus, quod uno remorum ordine agebatur. à *celeritate* nomen habens. Fæm. gen *Quò hanc celocem conferam.* Plaut.

Cenotaphium. vacuum ſepulchrum. à κενὸς, & τάφος, ſepulchrum. ex θάπτειν, ſepelire.

Cenſus & Cenſores, à *Cenſendo.* Nam recenſebant hominum facultates. Et cenſus ſignificabat æſtimatio rerum & bonorum, annuumque reditum.

Centaurus. qui apud veteres biformes picti. priora parte humanâ, poſteriori equinâ. ἀπὸ τοῦ κεντᾶν vel κεντεῖν τοὺς ταύρους, quod ſignificat tauros pungere.

Ceſtus. Veneris cingulum. ἀπὸ τοῦ κεντεῖν, quod eſt, pungere. Fortaſſe rectius dictum κεστὸν, ὡς κεκεντρωμένον, quod ornatum ſit ac varium. Vide *Cæſtus.*

Cera. unde loquendi formulæ. in primâ, ſecundâ, imâ cerâ. Romani ſua teſtamenta in *tabulis ceratis* ſcribebant. Erant illæ tabulæ cerâ obductæ. Solet quoque pro pugillaribus & epiſtolis poni.

Ceraſus. Arbor à *Ceraſunte*, Pontica civitate. Quam cum Lucullus deleviſſet, inde illam arborem Romam tranſtulit, & à Civitate *Ceraſum vocavit.*

Cerdones. artifices ſordidi: quos veteramentarios appellamus. à Græco, κέρδος, quod lucrum. Unde & Lucriones à Latinis appellantur.

Ceritus. quasi diceres *Cerevitus.* h.e. Cereris irâ & indignatione vexatus. Nam in Cereris sacris furore corripiebantur.

Cervi. quasi *Gervi.* quod magna cornua gerant. Vel ἀπὸ τῶ κεράτων, à cornibus, quæ primum binis oriuntur.

Cerevisia. & syncope Cervisia. à *Cerere.* quia Cereris vis in eâ. A Galeno ζῦθος, Theophrasto ζῆθος, Plinio *Zythus*, dicitur Aristoteli οἶνος κρίθινος, quasi vinum hordaceum. Vel Cerevisium, quod *cerebrum visat*, ac inebriet. *Cererelia arma*.

Charos. à χέω, fundo, quod fuerit fusio, h. e. confusio elementorum.

Charea. Adolescens Terentianus. παρὰ τὸ χαίρειν, gaudere.

Chelæ. Brachia sunt Scorpionum & cancrorum. à forficulis denticulatis, quos Græci χηλὰς vocant.

Chilo. ἀπὸ τῶ χειλέων, ut Labeones & Labieni apud Romanos, à Labris. Lucretius vocat labrosos.

Chiragra. ἐκ τῆς χειρὸς, manu. & ἄγριας, feritate, sive atrocitate doloris. biliosa vel pituoso fluxum occupante articulos.

Chironomus. Qui inter saltandum manibus gesticulatur. *Chironomia*, gesticulatio manuum. Hinc Iuvenali Tripherus ille Doctor, qui artificiosè docebat cibos scindere cultello volante. Ex χεὶρ καὶ νόμος.

Chremes.

Chremes. Senex Terent. ἀπὸ τοῦ χρέμπτεσθαι, quod enixe exspuere significat. sive screare, ut senes.

Chersonesus. ἀπὸ τῆς χέρσου terra, & νήσου, insulâ. Est enim terra in insulæ modum mari cincta, angusto spatio mari cincta. Latinis, *Peninsula.* Fœm. gen.

Chirurgia. Pars medicinæ, quæ propriè sectione vel ustione constat. à *manuum ministerio.* χεὶρ καὶ ἔργον.

Chlæna. Vestimenti genus, quod palliis, hyberno præsertim tempore, superinduebatur. Latinis, *Læna.* à Gr. χλαῖνα. Hinc proverbium: æstate lænam deteris. ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν, à calefaciendo, quod densitate suâ & pondere calefaciat.

Chorus. à χαρᾷ, lætitiâ. Estque multitudo canentium, aut saltantium.

Choraules. vel Choraula. Ex choris & tibiis dictus. χορὸς, tripudium significat, vel chorum. αὐλὸς, fistulam. *Chorea*, ex χορεύω.

Chria. dicta, quod maximè utilis. ex χράομαι. Est enim commemoratio brevis, commodè ad aliquam personam relata.

Cicada. à *citò cadendo.* quod citò evanescant.

Cinædus. qui muliebra patitur. παρὰ τὸ κινεῖν τὰ αἰδοῖα. κενὸς, vacuus. αἰδὼς, pudor, quod pudore vacui.

Cinctus Gabinus. Toga Romanis in tergum

rejecta; ut una eius lacinia revocata hominem tegat. Vtebatur hac Consul bella indicturus. *Cinctutus*, h. est. *cinctu indutus*. Vide Gabinus.

Ciniflones. alias Cinerarii dicti. qui *calamistris cinere calefactis capillos* crispabant.

Circenses ludi. Certamina curulia, in honorem Consi Conciliorum *quod in circo peragerentur*. Non ab ensibus in circuitu dispositis, ut Servius. Hi in Circo maximo fiebant. *Circus maximus*. ad differentiam Circi Flaminii, aliorumque. Longitudine fuit trium stadiorum, & latitudine unius. Capiebant ducenta & sexaginta millia hominum sedentium. Ludi quoque Circenses in honorem Cereris celebrabantur. Alias quoque *Plebei* sunt appellati, quod initio veris solenni die celebrarentur magno totius plebis studio. Vide *Megalesia*.

Circinus. Instrumentum, quo *circuli* vertendo designantur. Διαβήτης qui circino rotundum facit.

Circius. ventus violentus, quod omnia *circumvertat*.

Circumcelliones. qui *circum cellas* vagantur. apprime de Parasitis.

Circitores. à *circumeundo*, qui publicæ urbis custodes.

Civis. à *coëundo*, quod societatis vinculo coëant. Quasi, *Coivis*.

Clades.

Clades. Calamitas quoque modo accepta. à κλάω, quod est amputo & frango. κλάσις & κλάσμα, fractio. Aut ἀπὸ τοῦ κλαίειν à flendo lugendoque. Alii à *cadendo*, vel *comminuendis calamis*, quasi *cladem* diceres *calamitatem.*

Clavata vestimenta. Milites utebantur in tibialibus multis clavis fabricatis, unde clavata vestimenta aut Calceamenta clavis infixa. Iuvenal. Sat. ult. *Cum duo crura, habeas, offendere tot caligas, tot millia clavorum.*

Clarigo. dictum à *rebus clara voce repetendis.* Nam Romani ituri in hostem clarâ voce dicebant, se bellum indicere ob certas causas.

Classis. ἀπὸ τῶν κάλων. à lignis. quamvis abusive ponatur pro unâ navi. Virgil. Lyciæ ductorem classis Orontem. *Classici authores:* primæ authoritatis. Locupletes & *classici testes*, qui pro fideli eorum fide testamentis adhibebantur.

Clementia. à *claritate mentis:* quæ est illius, qui nunquam irascitur.

Clepsydra. ab aquæ furto. Veteres enim aquâ utebantur, loco nostræ arenæ. κλέπτω furor. ὕδωρ, aqua.

Cloaca. à *colluendo*, quasi colluaca. Festus à *cloacando*, h. e. inquinando. Cicero: arcem facere ex cloacâ. Hinc *Cloacinæ sacrum*, h.e. templum Deæ Cloacinæ.

Clotho. una Parcarum, quæ humanæ vitæ ſtamina diſpenſat. à Gr. κλώθω, circumvolvo, neo.

Clypeus. ἀπὸ τοῦ καλύπτειν, quod celet totum corpus. Vel, à *clepere*, h. e. furari ab ictibus. Plin. ἀπὸ τοῦ γλύφειν, h. e. ſculpendo, ut dicatur clypeus, quaſi γλυπτὸς, h. e. ſculptus.

Clyſter. quod & clyſterium dicitur, ἀπὸ τοῦ κλύζειν. quod eſt, abluere. Nam clyſtere alvum ægrotantium lavare ſolemus.

Coagulum. à *cogendo.* h. e. denſando, ſive ſtringendo, quo ad denſandum lac utimur.

Coa. veſtis, à *Co*, inſulâ. in quâ bombycem naſci ſolere, author Plinius. Sicut in Coâ inſulâ. Ovid. *Tyrios laudabis amictus, ſive erit in Cois, Côa decere puta.*

Cæcyx. Avis ex genere accipitrum, quamvis aduncis unguibus careat. Hinc κοκκύζειν, eandem cantilenam ingerere.

Coclites. quaſi *oclites.* Sic Cyclopas legimus Coclytes, unum oculum in fronte habentes. Plaut. *unocule, ſalve.* Antiqui Coclites luſcos dicebant. *Ambos perdidit ille oculos, & luſcis invidet. Iuvenal.*

Codex. Vide Caudex, & Liber. *Codex robuſtus:* pro ſupplicii genere. In robuſtum codicem te dabo.

Cæmeterium, Idem quod dormitorium. A κοιμάω, ſopio, quia ibi mortui dicuntur ſopiri, atque dormire.

Cæcubum. vinum generosiss. à Campaniæ pop. *Cæcubis.*

Cœna. apud antiquos dicta, quod nunc prandium. Vespera vel *Vesperna* autem dicta, quam nunc cœnam vocamus. à κοινὸς, quod est communis, quia multi in commune cœnare soliti.

Cohors. à *cohortando*, quod Tribunus eam, ut sequatur, hortari soleat.

Colaphus. ἀπὸ τοῦ κόλου τῆς ἀφῆς κολαφίζειν. Alapa Latinum. κολάπτω, tundo, excavo.

Coliphium. Luctatorum & Athletarum panis. Juvenal. *Comedant Coliphia pauca.* Vide plura de hoc in *Exam. Philolog.*

Collina. Dea, quæ collibus præsidebat. Sic & Tribus collina, à collibus, Viminali & Quirinali. *Collis*, deductus ἀπὸ τῆς κολώνης, τῆς ἐξοχῆς ab eminentia & tumulo. Vide *Collis.*

Collum. Fulcimentum capitis. à *Columna.* Alii à *cultu*, quod torquibus ornetur. Alii à *colle*, quod assurgat ab humeris collis in morem.

Collis. à *colendo.* Varro: quod primum ex agro fructus *capiebant*, *Campus* dictus. Postquam superiora loca coli cepere, è colendo colles dicti.

Collyrium. Oculorum medicamentum, quasi τὸ κώλυον τὸ ῥεῖν, quod fluxum oculorum sistat. *inspecta genesi collyria poscit.* Juven.

Colonia. ab *incolendo.* Gens ad colendam aliquam terram missa.

Coluber. qui umbras nemorum *incolit.*

Columbus & a. περιστερά, quod vehementer amet, dictus. à *colendis lumbis.* Suntque in tutelâ Veneris.

Columen & columus. h. e. culmus. Significat *culmen* vel *columnam.* Hinc columitas & incolumitas. *Columnæ*, quod columina sustineant. Sic & familiæ columen dicitur.

Coma. ἀπὸ τοῦ κοσμεῖν, ab ornando. unde & comere apud Latinos. Metaphoricè de arboribus. Coma est capillus cum aliquâ curâ compositus.

Comessationes. Convivia intempestiva, à Græc. κωμάζειν, lascivè post cœnam agere. *Comos,* Deus luxus.

Comitia. à *simul itando* appellata, quò comeare solent Legati Provinciarum aut civitatum. Aliàs dicti cœtus à *coëundo.*

Comma. à κόπτω, incido, minimæ distinctionis genus: à Cicerone quoque *cæsum* dictum, & *Incisum.*

Comœdia. dicta ἀπὸ τῶν κώμων, à vicis, ut aliquibus placet. alii à *Como* deducunt, Luxuriæ Deo.

Concilium. à *concalando,* sive *conciendo.* h. e. convocando.

Concio. à *Conciendo.* Concio enim significat multitudinem advocatam. Liv. concire multitudinem dixit.

Condus,

Condus, Promus. à *condendis* vel *promendis*, cibis. pro cellâ promptuaria. de avaris: magis est condus, quàm promus.

Condulus. Vel condalium, vel condalus ἀπὸ τῶν κονδύλων, à digitorum articulis.

Confarreatio. Sacrificii genus inter virum & uxorem. quando *mutuo farre*, ac Sacerdote teste, matrimonio conjungerentur. contrarium Diffarreatio. Vide *Tit. Nupt. in Florileg. Nostro.*

Congruo. à *gruibus.* Hæ aves, quando volant, aut pascunt, non se segregant. Hinc, congruere concorditer.

Conisticæ aves. quæ à nonnullis *pulveratrices*, appellantur. κόνις, pulvis, quod se pulveri soleant immergere.

Consilium. ex *cor* & *sileo*, quod uno consulente cæteri sileant. Sive, ex *con*, & *Salio*, eò quod in unam sententiam plurimi quasi consileant, h. e. conveniant.

Consul. à *consulendo.* Vel Conso, Consiliorum Deo.

Contumax. à *contemnendo.* aut à tumore, h. e. superbiâ.

Convexum. cui oppositum est, concavum. Est quod ex omni parte declinatum. Sive, ubi *nubes sunt, quasi in unum convexæ.* Vide Testudo.

Convicium. quasi *Convocium.* Festus à *vicis* denominat, in quibus primò habitatum. Alii

à *vitio*, quod sit maledictum cum contumeliâ.

Cor. ἀπὸ τῆς καρδίας. quod sit vitæ sedes ac fons. Hinc veteres corculum quoque solertes & Catos dixerunt, quique sapientiâ præstabant.

Corbitæ. penult. longâ. naves onerariæ, *quod in earum summo corbes* solerent suspendi. Tardiores, quàm corbitæ sunt in tranquillo mari.

Cornix. Annulus ferreus. à *garrulitate* dictus ad similitudinem avis cornicis. Hinc Cornicum oculos configere. h. e. velle sapientiores reprehendere.

Cortina. Servius vocat Tripodem Apollinis cortinam. Vel, quod Apollinis Tripus *corio* Pythonis serpentis tectus esset, vel quod *certa responsa* illic funderentur: quasi *Certina.* Etiam pro aulæis, vel velis sumi solet: quibus quid tegitur.

Corycæi. clandestini auscultatores, à piratis nominati Coryci, montis Pamphyliæ. Proverb. *Corycæus auscultavit.* Hic portus erat insidiis & delatoribus apprimè idoneus.

Corybantes. Cybeles Sacerdotes. qui ejus festum Nonis Aprilis celebrarunt, eo genere lusus, ut inter se æneis clypeis concurrerent, ærisque tinnitum facerent. ἀπὸ τοῦ κορύπτοντας βαίνειν, quod inter saltandum jacerent capita.

Coryphæus. ἀπὸ τῆς κορυφῆς. h.e. capite dictus quem Suidas exponit πρῶτον τῶν χορόντων. Latini præsultorem.

Cotyttia. sacra impudica. à Dea *Cotytto*, quam illis præesse voluerunt. Vide Juvenal. Sat. 2. *Cecropiam soliti Baptæ lassare Cotytto.*

Cottabus. à Gr. κοτταβίζειν. Sonum dare, qualis fit, quando ex alto pocula miscemus, & diffundimus κοττάβια, præmia erant victori hujus ludi potatorii dari solita. Plaut. appellavit Cottabum sonum flagrorum, qui inter verberandum redditur. *Cottabum facere. Si trua inverso crepitum dedit aurea fundo.* Juvenal.

Crambe. Brassicæ species. quam aliqui dictam volunt quasi κάρα ἀμβῆ, seu potius ἀνέβη, *quasi crapulæ occurrat.* nam vino adversatur.

Crumena. παρὰ τὸ κρεμᾶν, à pendendo. Nonius definit sacculum è brachio pendentem.

Crapula. dicta ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ κάρηνον, quod caput vertigine concutiat, Ἀκραίπαλα, medicamenta quæ crapulæ resistunt. Crapula nihil aliud, quam lucta capitis.

Crepi. Luperci dicti sunt. à *crepitu pellicularum*, quem faciunt verberantes. mos Romanis nudos discurrere in Lupercalibus, & obvias quasque fœminas pellibus ferire. Juvenal. *Nec prodest agili palmas præbere Luperco.* *Ferricrepidinas insulas* Plautus dixit.

Crepido. à *crepitu* aquarum ſic dicta. eſt ora terræ, quam aqua alluit. Juvenal. *nulla crepido vacat, nuſquam pons aut tegetis pars Dimidia brevior ?*

Crepundia. munuſcula puerilia. à *crepando* dicta h. e. tinniendo.

Creta. terra tenax. Vel è *Cretâ* inſula; in qua optime provenit. Vel à *creſcendo.* ſic Creta Theſſalica, Aſiatica. Cretata ambitio. *Cretati pedes,* qui cretâ dealbati. ut ſervorum venalium. de quibus Juvenal. *Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat albis.*

Criticus. ἀπὸ τοῦ κρίνειν, à judicando. Sic Critici, cenſores. dies critici, ſunt climacterici.

Crus. à *currendo*, quod crurum miniſterio in curſu utamur. a Gr. κρούω. quod inter ingrediendum huc illuc feriant.

Cruſma. ἀπὸ τοῦ κρούειν, à pulſando. Hinc Martialis: *Edere laſcivos ad Bœtica cruſmata geſtus.*

Cryſtallus. vel *lum*, gemma candida. παρὰ τὸ στέλλεσθαι ἀπὸ τοῦ κρύους, ab eo, quod gelu contrahatur.

Cucumis. Sive cucumer, à *curvitate:* quaſi curvimeres. Virgil.

tortuſque per herbam
Creſceret in ventrem Cucumis,

Culmus. Frumenti *calamus*, à radice uſque ad ſpicam. Dictus quod colatur. Sic *culmen*; à culmis, quibus ædificia conſtant.

Cumæ. Civitas Lucaniæ, ad mare. quam dictam aliqui putant ἀπὸ τῆς κύοντος, à prægnante. Quia hic locus cum inveniretur, primum obvia facta fuit mulier prægnans.

Cumatile, vestis genus coloris marini, *undulata* aliàs. Græci fluctus κύματα vocant. Lucretius hunc colorem Thessalicum vocat, *Cerinum, Crocotulam, Subminiam.* vide in *Electis nostris Plautinis* Act. 2. Epid.

Cunæ, dictæ quasi *Cyne,* & *Cynabula.* Nam κύειν, eniti aut parere significat.

Cupedia, orum. Dicti lautiores cibi, à *Cupedine* Romano Equite, cujus ædes solo æquatæ aream cupediariam exstruendam præbuerunt. Sive, quod delicatiores cibi *Cupidinis alimenta suggererent.*

Curetes. dicti, teste Strabone ἀπὸ τῆς κουρᾶς, à tonsurâ. Anteriorem enim capitis partem detonsam gestabant, ne hostes eos Cæsarie apprehenderent; Alii dictos putant ἀπὸ τῆς κουροτροφίας, quod Jovem aluisse dicantur.

Cupressus. arbor dicta à *Cyparisso puero,* in arborem hanc converso. Sive potius παρὰ τὸ κυεῖν παρίσους, quod ex æquo fructus & ramos creet. Numeratur inter arbores funestas, quod tardè crescat, & succisa non repullulet.

Curæ. quod *cor urant,* dictæ.

Curia. à *Curâ*: quod sit locus, ubi publicæ curæ exercentur.

Curculio. quaſi *gurgulio*, eo quod nihil penè in eo animali, quam *guttur*.
Curis. Lingua Sabinorum *Quiris*, h. e. haſta nominatur. Hinc Romulus Quirinus, & Romani *Quirites*.
Curulis dignitas. à *curru* ſic dicta, quod Curulis Magiſtratus, ſive Senatores, honoris gratiâ, curru in curiam vehi ſoliti; in quo ſella erat eburnea.
Cyathus. à Gr. χύειν, quod eſt fundere. Ad Cyathum ſtare. Hinc Cyathiſſo, quem *pocillatorem* dixit Apulejus.
Cyclas. Veſtis fœminea. Græci κύκλον, circulum dicunt. κυκλόω circumdo.
Cylindrus. ἀπὸ τῦ κυλίνδειν, h. e. à *volvendo*. Eſt *columnula lapidea* rotatilis propriè, ſive lignea, ut apud nos. Virgil.

Area tum primùm ingenti eſt æquanda Cylindro.

Donant arcana Cylindros. Juvenal.

Cypria. ab inſula Cypro. Cujus tutelaris fuit Dea. ἀπὸ τῦ κύειν, pariendo.
Cytherea. à Civitate Cytherâ, ad quam primum devecta eſt Conchâ. παρὰ τὸ κένθειν καὶ κρύπτειν τὸ αἰσχρὸν, ab occultando turpi, ſive Cupidine. Vel ἀπὸ τῦ κύειν, quod Cupido & Venus prope mare nati.

Dædalus.

D.

DAEdalus. ἀπὸ τοῦ δαιδάλλειν, h.e. ornando & variando, vel παρὰ τὸ δαίειν, τὸ γινώσκειν, à cognoſcendo. unde δαίαλος, & literæ δ. pleonaſmo δαίδαλος. Hinc δαίδαλος ingenioſus. δαίδαλμα, opus ſcitum, ingenioſum.

Dæmon. Δαίμων. tanquam δαήμων h.e. ſapiens. quod etymon Platoni placuit ex ſententia Heſiodi. Ait enim viros probos honoribus affectos. Dæmones fieri poſt mortem. Poſſidonius ἀπὸ τοῦ δαίειν h. e. urendo, deducit; quod ex ſubſtantiâ æthereâ conſtent. Euſebius, ἀπὸ τοῦ δειμαίνω deducit, quod pavefacio, exterreo ſignificat.

Daphne. Latinè & Gr. Laurus dicta. ab intenſivâ particulâ δα & φωνεῖν, quod eſt, ſonare. ingenti enim ſonore cremari ſolet.

Dactylus. Latinè *Digitus*. ἀπὸ τῶν δακτύλων. unde *dactylotheca*. *Dactylion*, annulus.

Damium. *Sacrificii genus*, quod in operto fiebat, *in honorem Bonæ Deæ*. per contrarium ſenſum ſic dictum, quod minimè eſſet δημόσιον, h. e. publicum. unde ipſa *Dea Damia*, & ejus ſacerdos Damias appellata. Hæc Feſtus.

Damnas. ἀπὸ τοῦ δήμου, apud Ictos idem eſt, quod *damnatus*. Dicebant hoc modo: Quiſquis mihi hæres erit, damnas eſto, h. e. damnatus ad aliquem præſtandum.

Damnum.

Damnum. à *demendo:* cum diminutione res sit deterior. *Damnatus voti*, vel *voto* dicitur is, qui jam ejus factus est compos, cujus gratia votum fecerat. Dii dicebantur aliquem damnare voti, cum alicui tribuebant id, cujus gratia votum susceperat.

Danista. ἀπὸ τοῦ δανείζειν, quod est mutuum dare. Nostri Dynastæ sunt Danistæ, ut Lipsius ait.

Daps, dapis. apud antiquos res divina dicebatur, quæ fiebat aut hybernâ aut vernâ semente, quod genus epularum apud Græcos δαῖς appellabatur. Hinc Δαψίλεια rerum abundantia. *Dicta dapsilia*, Phalerata.

Dardanarii. παντοπῶλαι. *qui omnia præemunt.* dicti à *Dardano* quodam profligatissimo Mago à quo etiam *artes Dardaniæ.*

Deblatero Est, *stultè loquor.* Græci enim stultos vocant βλάκας.

December. à *Decimo mense.* Nam Romani à Martio incipiebant, vel à *Decimo imbre*, ut aliqui volunt. *Age libertate Decembri utere.* Horat. Hæc libertas servis solebat concedi tempore Saturnalium.

Decrepitus. Senex extremæ ætatis. à *crepando*, h. e. clamando & vociferando. Alii à decrescendo, quod incurvari soleant.

Delibo. Idem, quod *Decerpo:* quasi libando minuo. Leviter attingo & quasi supremis degusto labris. à Libo, quod Græcis λείβω,

ϐω, rigo, humecto. *Libare*, quasi *labiare*.

Delphi. Hinc Delphicus Apollo. à δέλφος, *solus*. Eo quod interdiu stellis omnibus obscuratis solus luceat.

Delicium. & Deliciæ. Ex *Deliceo*, quod De & Lacio sonat. Apud Plautum quoque legitur, mea delicia, in fœm. gen.

Delius. Apollo appellatus. ἀπὸ τοῦ δηλοῦν, à manifestando. vel ἀπὸ τοῦ ἀναφαίνειν, illustrando. Sic *Delos*, insula, quod repentè enata apparuerit.

Delicea, æ. *Tigni genus*. quod è culmine ad tegulos angulares infimas versus fastigiatum collocatur. Unde tectum ipsum Deliciatum, & *tegulæ deliciares* appellatæ.

Delirare. à fossâ rectâ dictum. Et quia rectus est sulcus, delirare dicuntur, *qui extra sulcum*, h. e. rectâ viâ, *declinant*. Alii à Gr. ληρεῖν derivant, quod est, ineptire Alii rursum à Musico instrumento, Lyra, quasi chordas non bene percutiant.

Demosthenes. Dictus Eustathio, ὅτι σθένος τοῦ τῶν ἀθηναίων δήμου γέγονεν. Is enim Athenienses suis orationibus velut flabellis incitabat. Hic ad Taidem pro nocte una maximum auri pondus exigentem dixisse fertur: *Non emo tanti pœnitere*. Idem cum solicitaretur ire ad Antipatrum, secessit in interiorem templi locum. arreptoque libro, quasi scribere pararet, hausit venenum calamo inclusum.

Demo-

Democratia. Δῆμος, populus, & κράτος robur. κρατύνω, rego.

Demussata contumelia. h. e. *dissimulata*; & cum silentio transmissa. à Gr. μύζω. vel à μ. litterâ, quæ est nimium pressæ vocis; ac penè nullius.

Denariæ ceremoniæ. Dictæ sicut *Tricenariæ*, quibus sacra adituris decem continuis diebus, vel triginta, certis quibusdam rebus carendum erat.

Depeculor. Aliquid de peculio surripio. *Peculium* propriè significat, quod quis ex *pastu pecudum* corrasit, & suâ industriâ acquisivit.

Dependo. Quod ex antiquitate desumptum. quoniam Romani eo tempore, quo ære gravi utebantur, non numerabant pecuniam, sed ponderabant stateris. Sumitur igitur *dependo*, pro simplici *pendo*, h. e. *pondero*. Hinc pendere vectigal. *Nec dependis, nec propendis, quin malus nequam sies.* Plaut.

Depontani, Senes sexagenarii, *qui de ponte dejiciebantur*, h. e. suffragio privabantur, quod de ponte ferri solebat. Hinc sexagenarium de ponte dejiciebant.

Deruncinare. à *runcinis* derivatum, h. e. serris majoribus, quibus fabri lignarii majora ligna secabant. *Deruncinare*, est dissecare.

Designatores. à *Designando* dicti. qui constituendæ funebri pompæ præerant. unicuique locum & ordinem designantes.

Delri-

Detrimentum. à *Detritu*, ſecundum Varronem, quod ea, quæ trita, minoris pretii ſint. *Intertrimentum*, ab eo, quod duo inter ſe trita ſint.

Deverra. Dea, à *verrendo* dicta. quam venerabantur antiquitus, ut bene domum ſcopis verrere poſſent. *Varro & Auguſtinus.* Sic *Exuerra.*

Deunx. Poculi quoque genus. Unciarum XI. ut Sextans & Triens. vide E. Philog.

Deus. θεὸς. alii ἀπὸ τοῦ δέους, à timore, quod quaſi primos in orbem Deos timor invexerit. alii à θέω, curro. quod per omnia currat. Nonnulli à *Dando.* unde Homerus vocat Deos, Datores Bonorum. Et Juvenal. *Nam pro jucundis aptiſsima quæque dabunt Dii.* Sunt, qui derivant, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, h.e. contemplando, videndo. Vel, ἀπὸ τοῦ ἔθειν, ὅ ἐστι καίειν. h. e. adurere, quod quicquid in rebus caloris, vitæ, Deus hoc accendat. Putant aliqui Deum dictum, θεὸν, quaſi θὸν, à θῶ. quod diſpono.

Diadema. ἀπὸ τοῦ διαδεῖν. h. e. à circumligando. Erat Faſcia, quâ caput circumligabatur.

Diæreſis. Figura Grammaticis, quâ una ſyllaba in duas dividitur. ut *pictäi, pro pictæ.* ἀπὸ τοῦ διαιρεῖν, dividere.

Diæta. quæ & cœnatio & cœnaculum dicitur. ἀπὸ τοῦ διαίτου, h. e. *conviviis*, quæ in eâ peragebantur. Lampridius *Zetam* appellat,

ἀπὸ τοῦ ζῆν, quod in eâ hilarius viveretur. Sumitur & pro victus ratione. unde *Διαιτάομαι*, certâ victus ratione utor.

Diaphragma. à Gr. *διαφράττειν*, quod nihil aliud est, quàm *interſepire.* Igitur interſepimentum vel medium dictum Diaphragma.

Diarrhœa. profluvium ventris. *παρὰ τὸ διαῤῥεῖν*, quod profluere ſignificat.

Diaſtole. Figura dictionis, quâ *brevis ſyllaba contra naturam producitur.* ut, Italiam Fato profugus.

Diaſyrmos. Figura, qua *una dictio ad duo diverſa ſignificata diſtrahitur.* Virgil. argutos inter ſtrepere anſer olores. *σύρω* traho.

Diatretum. Poculi genus. à Gr. *Διατρέω*, perforo. Hæc pocula à Cic. & Salluſt. vocantur toreumata. quod torno facta.

Diaturei. *ἀπὸ τῆς διαίτης*, h.e. à victu, *καὶ οὐρεύς*, quod cuſtodem ſignificat. *Διατηρέοι*, propriè cuſtodes navis, qui non pretio conducti, ſed ſolo victu.

Dictator. à *Dictando* jure. ſive, quod à Conſule diceretur. Romæ ſemeſtrem rerum poteſtatem habebat. Primum creati, ſedandæ ſeditionis causâ, cum Latini bellum Romanis moverent, ut author eſt Varro. Aliàs *Magiſter populi dictus.*

Dieteris. *Διετία*, tempus duorum annorum. ſicut *trieteris*, quod tertio quoque anno recurrit. Hinc *trieterica Bacchi.*

Digitus.

Digitus à *digerendo*. quod natura mero ordine digitos digesserit.

Dii Manes. Servius dictos putat *quasi minimè manos*. Sabinis manus, *Bonus* dictus. unde & *immanis*. Alii *Genios* putant Manes dictos. quasi alter Genius, post divortium corporis, cum iis in sepulchris habitaret.

Diœcesis. Jurisdictio à διοικέω, guberno, tueor. Apud ICtos pro Provinciâ sumitur.

Diotæ. Vasa fictilia, duas ansas habentia, & ad servanda vina idonea. à binis auribus, sive ansis; quas Gr. ὦτα appellant.

Dilemma. argumentandi genus, utrinque convinciens. Ciceroni, Complexio. ἀπὸ τοῦ λήμματος. λαμβάνω accipio. δις, bis. Aliàs cornutus dictus. Si Dilemma bonum, debent membra utrinque firmiter stringere.

Dionysus. Fortasse nec aberrant, qui dicunt Διόνυσον eum esse, qui libero ore præditus sit, τὴν νύσσαν h. e. *metam*, manifestam & claram exhibens: quoniam eorum, qui nimium biberunt, animus fit levior, & linguâ incontinentior.

Diplomata. Literæ Principum signis obsignatæ. à Gr. διπλοῦν, *duplum*. quas literas patentes vocant, aut bullas Pontificias. Videntur fuisse complicatæ literæ, & lino trajecto obsignatæ.

Diribitorium. à *Diribendo*. h. e. distribuendo. Locus quoq; erat, in quo ministri versaban-

tur. ubi & ſtipendia militibus numerabātur.

Divus. crudelis, quaſi *Deorum irâ immiſſus.* interdum pro magno. Virgil. *dira loci Relligio*

Dives. à *divo.* quod qui dives eſt, *quaſi Deus* nullo indigere videtur.

Divitiæ. à Dite, πλȣ́τῳ. quo indicarunt divitias è terrâ eſſe, & in terram redituras. Pluto, à voce πολὺ, multum, & τῶ h. e. λαμβάνω. q. d. πολύεσ-, & per contractionem πλȣ̃τος. nam divitiæ inprimis accipiendo creſcunt. Alii ἀπὸ τοῦ πηλȣ̃, id eſt, à luto, quia nihil aliud, quàm lutum ſunt.

Divortium. à Divertendo, & *diverſitate mentis.*

Diſcus. pertuſus & *planus lapis,* quo heroicæ indolis Heroës exercentur. à δίσκω, quod eſt βάλλω jacio. ut Homerus: δίσκοισιν τέρποντο, lapidum jactu delectabantur. Eſt quoque *vas eſcarium.* &c. Vide Quinquertium & Pentathlos.

Dius. ἀπὸ τοῦ Διὸς, h. e. ab Jove genus ducens. *Divus* idem quod divinus. Veteres *Dium* dicebant, quem nos *Deum.*

Dolus. à priſco th δέλειν. h. e. δελεάζειν, quod eſt fallere. δόλος Lat. fraudem ſignificat.

Domus. ἀπὸ τοῦ δώματος vel ἀπὸ τοῦ δόμȣ, vel denique παρὰ τὸ δέμειν ab exſtruendo.

Dorcas. Dama, ſeu caprea. ἀπὸ τοῦ ὀξέως δέρκειν, ab eo quod acutè videat.

Dos. à Gr. διδόναι, quod dare ſignificat. Iſidor. dotem dictam affirmat, quaſi *Do item.* Vel à

δόσις. Dos alia adventitia, alia profectitia.

Drachma. nomen ponderis, mensuræ. Secundum Julium Pollucem, quod sit quasi *manipulus obolorum*, quem δραχμὴν vocant. παρὰ τὸ δράττεσθαι, quod comprehendere, pugnumque implere significat. Hæc variant multum. Drachma nostro ære valet tres stuf. cum dimidio. drachmis decem h. e. xxxv. stuferis.

Draco. ἀπὸ τοῦ δέρκειν, quod hoc animal *acutissimi sit visus*. unde etiam à Poëtis fingitur thesaurorum custodiis præesse.

Drama. actus, vel repræsentatio fabularum. *Stylus dramaticus*, quasi activus. à δράω, facio.

Dryades. ἀπὸ τῶν δρυῶν, à quercubus: sine quibus non vivunt.

Dubius. quasi *duas vias* habens. utram eligat, nescius.

Dropax. unguenti genus. quod ad evellendos è corpore pilos adhiberi solet. unde δρωπακίζεσθαι, unguentis adhibitis corpus glabrum reddere.

Duplicarii. vel *milites duplicarii*. qui duplum accipiebant stipendium. Sic *Duplares* dicebantur, qui torque aureo ob virtutem donati, duplam annonā accipiebant. secus *Simplarii*.

Dupondii. juvenes initiati studiis, & infimæ classis, in Scholis, auditores, à *dupondio nummo* nomen sunt nacti. quasi duobus assibus æstimarentur. Vel à pondere Dupondii,

dii, quod alio nomine *Stater*. Juvenal. *uno partam colit asse Minervam*.

Dynastæ. ἀπὸ τῆς δυνάμεως. quod magna prædit potentiâ.

Dysenteria. Ex δὺς, difficile, & ἔντερον, intestinum. Est enim intestinorum exulceratio.

Dyspepsia. à δύς particula, quæ corruptionem significat, & πέψις concoctio ægra.

Dysphilus. qui parum sincerus amicus.

Dyspnœa. Spirandi difficultas, quod vitii genus senibus familiare. ex δὺς καὶ πνέω, spiro.

Dysuria. suppressio urinæ. δὺς, καὶ οὖρον, quod fit calculo, vel materiâ crassiore.

Dythyrambus. Bacchi cognomen. ἀπὸ τοῦ δὶς εἰς θύραν ἀναβαίνειν, quod per duas veluti portas in vitam ascenderit. Bis enim natus creditur. Semel ex utero Semeles, & femore Iovis.

E.

E*Anus*. pro Iano Deo. sic Deiana & Ejana apud veteres, pro Diana.

Ebur. dens elephanti; quasi è *barro*. Antiqui elephantum barrum dicebant. Hinc Barrire. olim ebor.

Eccum, eccam. Adverbia demonstrandi. quasi diceres, *Ecce eum, eam*.

Eccere. Iusjurandum. ac si dicatur *per Cererem*.

Eanus. Dictus est antea, *Ianus*. ab eundo. Diana prius Iana. Unde etiam Dejana hodie in veteribus monumentis extat.

Ecademia. Sive, Academia. Antiquissima Atheniensium schola à *Kadmo* Agenoris F. vel potius *Kadmeis* authoribus fuit. qui à Bœotis, Thebis, Helycone, aliisque sedibus expulsi Athenas commigrarunt. Antiqua hæc Academiæ nuncupatio rectè ad alia Gymnasia derivata. Vide Ioh. Fung. in Academ.

Ecclesia. ab antiquo verbo κλῶ, quod est τὸ καλῶ. vel potius παρὰ τὸ ἐκκαλεῖν, quod est, *Evocare.* ἐκκλησιάζειν, concionari. Ἐκκλησιαστὴς, concionator. σύγκλησις & συγκλησία erat τῶν ἐπιμῶν, h. e. Senatorum & Consulum Conventus.

Echeneis. piscis. Latinis remora, à remorando. ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὴν ναῦν, quod navem retineat.

Echinus. marinus, qui cochleari crustâ, & orbiculari figura, spinis micantibus. nomen habet vel παρὰ τὸ ἔχειν κατ' ἀντίφρασιν, *quod haberi non possit propter spinas.* vel ἀπὸ ἔχειν ἑαυτὸν ἀφανῶν τῶν σαρκῶν οὐσῶν, quod ita se cohibeat, ut nulla carnium signa appareant.

Echo. ἠχὼ. Soni vel *vocis repercussio.* ἠχέω, resono. sic Olympiæ porticus fuit, quam Heptaphonon appellabant, quoniam septies ibi vox reddebatur. Filia dicitur Aëris & Linguæ, &c. Resonat inter montium flexus & concavos vallium sinus. ubi scinditur resultans aër.

Ecligma. quod lingitur, & lambitur verius. ἀπὸ τοῦ λικμᾶν.

Eclipsis. Figura Grammat. Latinè Defectionem vocamus. ἀπὸ τοῦ ἐκλείπειν, quod est, *deficere.* Lunæ Eclipsis, quando Sol per oppositionem terræ ita Lunæ opponitur, ut illam illuminare non queat

Ecloga. παρὰ τὸ ἐκλέγειν h. e. deligendo.

Ecstasis. Latinè stupor, mentis emotio, ἀπὸ τοῦ ἐξίστασθαι, quod qui hanc patitur, extra se ipsum constitutus sit.

Egeria. Nympha: cum qua Numa Pompil. colloquia se habere simulavit. ab *Egerendis* sacris. Ovid.

Egeria est, quæ præbet aquas Dea grata Camænis.
Illa Numæ conjux consiliumque fuit.

Elvina Ceres, ab eluendo, quod ibi eluerentur corpora & purgarentur. Fons Elvinus non longe ab Aquino. Juv. *Me quoq; ad Elvinam Cererem vestramque Dianam convelle à Cumis.*

Elegia. vel Elegeia. παρὰ τὸ εὐλογεῖν τοὺς τεθνεῶτας, quod defunctorum in se laudes contineat. Vel ἀπὸ τοῦ ἐλέου, misericordia. Quare Horatius vocat miserabiles elegos. Quasi ἒ ἒ lamentantium sit vox.

Elenchus. à Gr. ἐλέγχομαι. argumentor. sic Logicis ignoratio Elenchi dicitur, quando argumenti scopus non feritur. Significat quoque indicem libri quam tabulam vocamus. *ab* ἐλέγχω, investigo.

Elephas. quasi ἐλέβας dictus, quod per paludes incedat. aut potius παρὰ τὸ ἐλεφαίρω, quod

Latinis,

Latinis, *Lædere*. Vel ab ἑλίσω, quod est implicio. ὡς ἑλιγμένην ἔχῃ τὴν ῥῖνα, quod involutam habeat proboscidem. Vel, παρὰ τὸ ἐν ἕλει ἐπιβαίνειν τῇ θηλείᾳ, quod fœminam ineat in palude.

Eleutheria. Sacra apud Samios, τῷ ἔρωτι, h. e. amori Deo sacras Dictæ quoque lautiores epulæ, quas servi, donatâ libertate, celebrabant à Gr. ἐλευθερόω.

Eleusina sacra. in Cereris honorem instituta. ut Cererem filiam anxie quærentem repræsentarent. ab *Eleusina Cerere* nomen habent. Nemini hæc propalare licebat. Quare Varro interpretationem omittit. Pausanias aliique per somnium admoniti, ne explicando in vulgus hæc efferrent. Quibus nec ipse Hercules initiari potuit.

Elices. ab *eliciendo* dicti. Sunt propriè sulci aquarii, per quos aqua collecta ex agris educitur. *Elicius Iupiter*, qui in Aventino colebatur. ab eliciendis fulminibus dictus. Ovid.

Eliciunt cælo te Iuppiter, inde minores
Nunc quoque te celebrant Eliciumq; vocant.

Elegans. ab *eligo*. Formarum spectator elegans; cui non facilè quid placere potest. qui fastidiosi judicii.

Elysium. Locus, ubi piorum animæ habitant. ἀπὸ τῆς λύσεως *à solutione*. Elysios campos, sive insulas fortunatas aliqui statuere circa Ægyptum. Alii circa finem Oceani.

Elleborum. Latinis Veratrum. Quod optimum in Anticyrâ insulâ, ubi & sumebatur tutissimè cerebri purgandi gratiâ. Aliqui derivant, ἀπὸ τοῦ ἕλειν τὴν βορὰν, *quod auferat cibum.* Validè enim repurgat.adeò ut nimiâ purgatione convulsionem efficiat.

Embamma. ad excitandum stomachum, quod est à Gr. ἐμβάπτειν quod *intingere.*

Emblema. ornamentum vasorum, quod addi potest & detrahi. ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλειν h. e. *imponendo.*

Embolismus. intercalatio, qua unus dies Februario interseritur, ut anni ratio conveniat cum solis cursu. ab ἐμβάλλειν quoque

Emphiteusis. Species contractus, quo steriles agri perpetuò & eâ lege conceduntur, ut reddantur meliores plantatione. ab ἐμφυτεύω, planto, vel insero.

Empirica. Medicorum secta. ἀπὸ τῆς ἐμπειρίας, ab experientia. Hinc *Empirici:* quorum ars medendi nihil aliud, quam observatio.

Emplastrum. ἀπὸ τοῦ ἐμπλάττειν, quod est in unam massam formare.

Emungere. à muccore naris. Hinc emunctæ naris homo. Plaut. *Qui me emunxisti mucidum minimi pretii.*

Encænia. ἐγκαίνια, innovatio. Festivitas dedicationis tēpli. ἐγκαινίζω, dedico, innovo. Cum profanus ejus usus aboletur. *Renovalia.*

Endromis. Vestis genus hirsutæ, & villi longioris

ris. quâ utebantur in gymnasiis ad arcendum ventos. quod ejus usus esset ἐν δρόμῳ, in cursu. Hinc Juven. sat. 3. *Igniculum brumæ si tempore poscas, Accipit endromidem.*

Enthymema. Syllogismus alterâ parte truncatus. ab ἐνθυμέω, quod alteram propositionem, quæ tacendo involvitur, menti cogitandam relinquat.

Enijo. Soror & uxor Martis. ὡς ἐνιεῖσα, immittens animum pugnantibus.

Epactæ. Latinis, adjectiones. ἀπὸ τοῦ ἐπάγειν, h. e. inducendo, vel adjiciendo. Vide de hoc ampliter, Joh. Fungerum. in Etymol.

Epanodos. Schema est διανοίας, quum ad id digredimur, unde semel discessimus. ἀπὸ τῆς ὁδοῦ.

Epenthesis. Fig. Grammat. quâ medio dictionis aliqua litera injicitur. ἀπὸ τοῦ ἐντίθημι, insero.

Ephebus. ex ἐπὶ καὶ ἥβη. pubertas. ἡβάω, vel ἀπὸ τοῦ ἐφηβᾷν. alii ἀπὸ τοῦ φοίβου. quod ille comatus & jubatus sit. Hinc παῖς, puer. φόβη, juba, cæsaries, quod φόβην terrorem adspicientibus incutiat. Vide Hebe.

Ephialtes. ἐφιάλτης. morbus vel malum, quo quis nocte videtur opprimi. παρὰ τὸ ἐφάλλεσθαι, ab insiliendo, invadendo. Lat. *Incubus.*

Ephippium. equi sella. ἐπὶ τοῦ ἵππου ad equum.

Ephemeris. Liber, in quo res gestæ per singulos dies scribuntur. Lat. acta diurna, & *Diarium.*

Ephorus. ἀπὸ τοῦ ἐφορᾷν, h.e. *observando.*

Epirhedia. ornamenta rhedarum, aut plaustra,

quæ trahunt, collo attrito per assiduum jugum. ex ἐπὶ καὶ *Rheda. trito ducunt epirhedia collo Segnipedes.* Juvenal.

Epicedium. carmen, quod in laudem defuncti, corpore nondum humato, cani solet. Epitaphium fit corpore jam sepulto. κήδεσθαι, curare inferias. κῆδος, cura & mœror.

Epiphania. παρὰ τὸ ἐπιφαίνειν, quod eo die apparuerit Christus.

Episcopus. ab ἐπισκοπεῖν. Talis ἔφορος dici posset, ab ἐπόπτης. Magistratus Atticus quoque sic dictus: Prętor sc. qui mitti solebat in civitates, quæ erant sub Atheniensium imperio.

Epistola ab ἀποστέλλειν, mittere. Sic nomen jam notum ut natum videatur Romæ.

Epistomium. παρὰ τὸ ἐπιστομίζειν, ab obturando. æramentum, quo ora salientium fistularum obturantur laxanturque.

Epistylium. trabs imposita columnis. στύλος,

Epithalamium. à *Thalamo*, ad quem decantari solebat. Hesych. nominat ᾠδὴν ἐπιγάμιον in honorem sponsi & sponsæ. Cujus primus author Salomon, in laudem Ecclesiæ & Christi.

Epilepsia. morbus comitialis. *qui comitia dirimebat.* à Gr. λαμβάνεσθαι, quod in eo vinciantur sensus.

Epona. Dea mulionum. *jurat solam Eponam,* Juvenal. Alii Hipponam. Harum imagines ad fœtida & malè olentia pręsepia equorum picta erant.

Epulæ.

Epulæ. varii generis. ut convivia moderata, frugalia, &c. Convivia diuturna, nocturna. Diurna, ut, Antemeridiana, Meridiana, Vespertina. Vide de his plurimis agentem *Fungerum in Etymologico.*

Epulones. antiquitus Triumviri, qui Iovi cæterisq; *Diis epulas instruebant.* Erant convivia quoque *Natalia, Puerperalia. Repotia. Ablactionis Dentionis. Saliares, Augurales, &c.*

Equidem. idem quod, *Ego quidem.*

Equi. sic dicti, quod, quando *quadrigis juncti, æquantur*, paresque formâ & cursu copulentur.

Eques. qui *Equestrem dignitatem* adeptus apud Romanos. proxima à Senatoria.

Erisco. ab ἐριζῶ, quod est, *divido.* Sed ab *arceo* rectius: cum tale Græcum vix reperias. quod in hæreditate dividenda, *pars altera arceatur. Erctum* (h. e. hæreditas) à coërcendo. Hic *Ercius* dictus *Iupiter*, quod ab hominibus arceret mala. Sed hoc nulli non admittunt, quia Ercius Græcum. Nam ἕρκος & ἕρκιον, est septum. Unde ἑρκεῖος ζεὺς, *Hercæus Iupiter*: quem septitium Budæus reddit.

Erysipelas. verbatim sonat, rubor quasi partis propinquæ. Igitur volunt aliqui descendere ab ἐρύθρος, rubor. alii ab ἐρυθρὸν, pro quo veteres ἔρυσον. Inde ἐρυσίπελας. Vide Iohannem Gorræum & Becmannum.

Erebus.

Erebus. ἀπὸ τοῦ ἐρέφεσθαι, quod contegatur, & ab alio contineatur. Fortè quod νὺξ à poëta dicatur ἐρεβέννη h.e. obſcura, ab erebo, nato epitheto.

Ergaſtulum. ab ἐργάζομαι, quod eſt, operor. Locus in quo οἱ δεσμῶται ἐργάζονται. Eagaſtula quoque in villis ſubterranea loca fuerunt, ſedibus & anguſtis feneſtris diſtincta, prorſus ad carceris formam. Vide de his *Lipſium Elect. lib. 2. cap.* 15.

Eris, idis. ἐρίζω, contendo. Hinc, pomum ἔριδος.

Erotemata. ab ἐρωτάω, interrogo. Quæſtiones Philoſophicæ, Iuridicæ, &c. Erotemata vocantur.

Erro. Latinis *Planeta.* ut ICtis ſervi, non quod fugiant, ſed huc illuc ſæpè ſine cauſâ vagentur.

Eruca. genus vermis, qui in olerum folia *repit, abroditque* braſſicas.

Erunco. noxias herbas excerpo. ἐκβοτανίζω.

Eſca. ab *edendo.* Neſcis ineſcare homines.

Eſculus. quod homines, ante inventas fruges, glande ejus *pro eſca* uterentur.

Everriculum. ab *everrendis aquis.* Gr. σαγήνη.

Erycina. Venus, ab Erice monte Siciliæ.

Erynnis. Furia, quaſi ἔρις τοῦ νοῦ, lis mentis. Nam mente ſceleratâ qui agitantur, furiarum tædis ardentibus quaſi inflammantur. Ovid. *Conſcia mens ut cuique ſua eſt, ita concipit*

pit intra pectora. Alii παρὰ τὸ ἐρινύειν, quod indignari significat.

Esquiliæ. vel Exquiliæ. ab *excubiis*, quas Romulus collocavit in eo monte. quasi *Excubinæ.* Ovid. *Adde quod excubias ibi Rex Romanus habebat, Qui nunc, exquilias, nomina collis habet.*

Etymologia. ἀπὸ τοῦ λόγου ἐτύμου, h. e. à vero sermone. quod Cicero interpretatur *veriloquium.*

Euganei. Populi Italiæ. Qui claris orti natalibus. εὐγενεῖς.

Euhyus. Liber pater sic dictus. cum Dii bellum gererent cum Gygantibus, in Leonem tum versus Bacchus gigantem interfecit. ex quo Iovis exaudita vox est: εὖ υἱέ, *bone fili.* Etiamsi hoc vanum.

Eunuchus. Castratus. ab εὐνὴ quod est, cubite, & ἔχω, custodio alii ex εὖ καὶ νοῦς, quod benevoli, ideoque in tutelam olim magnatum uxoribus additi. *Spadonem* significat. alii à matris utero sic nati. ἀπὸ τοῦ σπάειν, ab evellendo.

Euphrates. Fl. Mesopot. ἀπὸ τοῦ εὐφραίνειν, h. e. lętificando, quod agrum circumjacentem suis restagnationibus lætum & fæcundum reddit.

Euxinus. quasi *Axenus*, inhospitalis locus de quo Naso in suis tristibus minimè hospitalis.

Evocati.

Evocati. veterani milites erant, qui expletis ſtipendiis Sponte in gratiam conſulum aut ducum militabant. Ex civibus, ex ſociis rogatione & precibus ſumebantur. Ideoque *evocati.* Legatur de his Lipſius de Militiâ Romanâ.

Exenterare. ſignificat eximere. tanquam de piſce loquamur. ἔντερα, inteſtina. Hinc exenterare alicujus crumenam. Quod pecunia inteſtina hîc vocentur.

Exquiliæ: Romæ dictus ab excubiis Tullii Hoſtilii. unde Ovid. *Adde quod excubias ibi Rex Romanus habebat. Qui nunc Exquilias nomina collis habet.* Alii ab *excolendo,* dictas volunt, quod ea pars urbs à Tullo R. fuerit exculta.

Exequiæ. à *ſequendo* dictæ. more priſco præcedebat funus, ſequebantur homines. Terent. Funus interim procedit, nos ſequimur.

Exibilare. Sibilo expellere, vel cum plauſu ejicere. ἀπὸ τοῦ σιφλοῦ, quod mollem & ridiculum ſignificat. σιφλώζειν, h. e. exibilare.

Exodium. Carmen, quod exeuntes ex comœdiâ cantabant. Dictum quaſi ἔξω τῆς ὁδοῦ, extra viam. Livius: Exodia ridicula fuiſſe intexta verſibus, quæ juventus inter ſe, more antiquo, jactare cæpit, eaque conſerta fabulis potiſſimum Attelanis. Unde Iuvenal.

Vrbi-

Vrbicus exodio risum movet Attenanæ. Eadem cum exodiis (ἔξοδια) ἐξωδία, sive τὰ ἐξωδικὰ μελή.

Exorcista. ab ἐξορκίζειν, quod est, religionis timore obstringere. Est enim adjurati contra Diabolum.

Exsta. ab *exstando*, ut festo placet. sc. quod ea diis prosecari soleant quæ maximè exstant eminentque.

Extorris. qui *extra terram* est. Ejectus in exitium. *Exsul*, qui extra solum.

Exuviæ. ab *exuendo.* Sicut induviæ, ab induendo. quod serpentibus quoque tribuitur, & spoliis quæ ab hoste legimus.

F.

FAba. ἀπὸ τοῦ φάγειν, comedere. quód fabis vescamur. *Faba fresa*: quod homines eam frendant, h. e. frangant, aut molendo cominuant.

Fabii. à *fabis* dicti, ut *Lentuli*, à Lente. *Cicerones* à Cicere. *Pisones* à Pisis. *Hortensii*, ab hortis. *Lactucini*, à Lactulis. quos colebant. *Fabariæ Kalendæ*: Iunoni sacræ. quià hoc mense fabæ maturæ divinis rebus adhibebantur. *Abstinendum à fabis.* h. e. à Rep. Pythagorici non vescebantur fabis. Iuvenal. *Cunctis animalibus abstinuit qui Tanquam homine, & ventri indulsit non omne legumen.*

Fabula.

Fabula. à *fando.* ſic in Æſopi fabulis animalia ridiculè invicem loquuntur. *Fabulæ togatæ:* quarum perſonæ togis à Romano cultu erant indutæ. Erant *Attellanæ, Tabernariæ, Prætextatæ, Planipediæ.* Vide de ſingulis in *Examine Philologico.*

Facies. à *facio,* quod ſit velut quædam factura corporis. Eſt enim facies ipſa oris ſpecies.

Fagus. ἀπὸ τοῦ φάγειν, à *comedendo.* *Fagutalis Iupiter:* à ſacrificio, quod ipſi fieri ſolebat, & quod veteres dicebant *fagutal,* à fago.

Falæ. turres ligneæ *ob altitudinem dictæ,* quibus in oppidorum oppugnationibus & ſpectaculis utebantur. à *Falando.* Tuſci enim falandum, cœlum vocabant.

Falco. Avis, ex accipitrum genere, ſic dicta, quod ungues more falcis introrſum habeat inflexos. Feliciſſimum erat omen, ſi falco à ſiniſtris volaſſet. Quare & Græcis ἱέραξ, ſacra avis dicta.

Fallo. & Fallax videntur deſcendere παρὰ τὸ φηλοῦν à decipiendo. Scaliger etiam τὸ Fallax à φύλαξ. Varro à fando.

Fama. à *fando.* ſive à Gr. φημὶ loquor. φήμη fama. Authores hic variant.

Fames. à φάγω, edo. Fames & inedia diff. Fames cum appetitu edendi eſt. *Inedia*, ſine appetitu, ut in ægris.

Familia. à *famulando.* h.e à ſervis, origine dependente ab Oſcis, qui ſervum nominabant, *famel.* *Fanum.*

Fanum. à *Faunis* Latinorum Diis. vel à Fauno, qui primus oraculi conditor fuit Festus, à *fando.* quod Pontifex in dedicatione templi certa verba præfari soleret. Aliqui per ph scribunt, quasi ἀπὸ τ͂ φανερ͂ς, quod è phano manifesta responsa darentur. Hinc *profanus.* Unde Prophetæ dicti, qui fanorum erant antistites. Et *fanaticus* dictus insanus, quod sacerdotes insanire viderentur. Phana quoque à φαίνω. *profanus*, qui impius & quasi à fani religione alienus.

Far. à *ferendo.* quod à terra proferatur. Sive à *faciendo*, ut Varro vult, quod in pistrino fieret, h. e. præpararetur. Vide *Ador.* Iuvenal. *Ponebant igitur Tusco, farrata catino Omnia tunc.* Vase fictili scil. cibos ex farre coquebant.

Farreatio. genus sacrificii, quo Sacerdotum nuptiæ confirmabantur. Cum adhibito libo farreo, certa sacrificii solennitate, nuptiæ contraherentur. Solis sacerdotibus solennia.

Fascia. quod *in modum fasciculi* corpus alliget.

Fascino. quasi φασκαίνειν, h. e. τοῖς φάεσι καίνειν, oculis interficere. unde Virgil. *Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos* Interficiendi vis oculis fascinatoriis inest, Plinius.

Fas. quod *fari dignum.* Fas est, h.e. licitum est

Faselus. Stroboni navigii genus, quod tam velis,

velis quam remis agi poterat. Volunt aliqui, quod nomen sumpserit à *Phaselide* oppido. igitur & per ph. scribitur.

Fasti dies. Quibus licebat sine piaculo *tria verba fari, Do, Dico. Addico.* Ovid. *Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur. Fastus erit, per quem lege licebit agi.* Vide *Nefarii.*

Fatisco. dicitur, quasi *fatim*, vel *affatim hisco.* h.e. abundanter aperio.

Fatum. inter alia pro oraculo sumitur, *quod Dii fantur.* quod Cicero vocat ordinem & seriem causarum. Alii à Faunis derivant. quod Farinus viris, Farina mulieribus fata diceret. Servius ἀπὸ τῆς φωνῆς, quod voce non signis res futuras omnes ostenderet.

Favor. à *fando.* Nam favere est bona fari. Hinc, ore favete, h.e. Linguis favete.

Fatuus. quando ad homines transfertur, idem est, quod *insipiens.* Terent. Fatuus, es, insulsus, tardus. quando ad cibos refertur, idem quod *insipidus.* Hinc Martial. *Ut sapiant fatuæ fabrorum prandia Betæ ; ô quàm sæpe petet vina piperque coquus.* Donatus à *fando* fatuos dicit, h. e. ineptè loquentes. interdum, divino furore corripi, ut fanatici. *Fatua* fuit Fauni uxor, spiritu divino repleta cui à Romanis matronis sacra fiebant noctu in aperto. à cujus sacris viri capitali pœna arcebantur, adeo ut inspexisse nefas. Alias *Bona Dea* dicta.

Favissæ.

Favissæ. vel Flavissæ. erant *cellæ quædam & cisternæ in areâ Capitolii*, ubi reponi solebant signa & thesauri, aliaque religiosa domaria. Dictæ favissæ, quod in eis non rude æs argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur. Quare etiam apud priscos *Flavissæ* dictæ.

Favus. apum domus, & cellulæ, à *fovendo* dictæ, quod in his sobolem foveant.

Favonius. aliquibus à *favore*, quod faveat segeti. Aliqui à fervore.

Febris. à *feritate* morbi dicta. vel ut Servius, qui à *fervore* derivat. quare & à Gr. πυρετὸς dicitur. ἀπὸ τοῦ πυρὸς. Febrem sæpe sentire dicitur Leo : cui simia viva devorata pro remedio. *Febrio*, febrem patior. Est intemperies calida totius corporis.

Februo. purgo, sive lustro. à *Ferveo.* Quia hujusmodi lustrationes flammis ferventibus fieri solebant. Sive, à Sabinorum lingua, qui Februum dicunt, purgamentum. Hinc *Februarius* mensis, quod tunc extremo anni mense populus Februaretur, h.e. purgaretur. Per continuos dies XII Februarii celebrabantur. *Iuna februata*, sive februalis, quod ei hoc mense sacra fierent. Ovid. *Februa Romani dixere piamina patres. Pluto Februus*, quod ei quoque hoc mense sacrificaretur. *Februus* quoque Lustrationum Deus.

Fecialis. à faciendo, quod belli paciſque faciendæ penes eum jus eſſet. Adi *Examen Philologicum*, & Etymologicum Fungeri.

Femur. à *Ferendo*, quod his partibus præcipuè feratur animalis corpus. *Femina*, teſte Valla, ſunt partes interiores; *Femora*, exteriores.

Feneſtra. ἀπὸ τῦ φαίνειν, quod eſt, lucere, ſit e. ad reddendam lucem.

Feretrius. Servus notat ditiores ſolitos efferri cum Lectulis, pauperes feneſtris. unde Cornelium Syllam habuiſſe ſex millia Lectorum in funere proditum eſt. Dictus *Feretrius*, quod jurantes per ejus ſceptrum ac ſilicem Romani pacem referre ſint ſoliti. Sive ab *hoſte feriendo*: cum dux ducem feriret, & ſpolia opima referret.

Feralia apud Romanos erant *feriæ Diis Manibus* ſacræ: ſic dictæ à feratibus dicebus, à *ferendis ad tumulum epulis*. Ovid. Hanc, quia juſta ferunt, dixere feralia lucem, Ultima placandis Manibus illa fuit. Hinc *ferales vitæ, arbor*; feralia amicula.

Ferculum. quod *ad menſam inferatur*: Nonio cibi miſſus vocatus. alias *pro geſtamine*; quo pompa deferri ſolet. Hinc Sueton. Cæſar Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum: VENI, VIDI, VICI. Hoc nomine intellige ſpolia hoſtium ſimulacra oppido-

rum

rum. Vide *Examen Philologicum nostrum.*
Ferentarii. à *ferendo auxilio* dicti. Erant levis armaturæ milites. Hi quoque *veluti* à Festo dicti, quod vestiti inermes exercitum sequerentur.
Feriæ dicta, vel à *feriendis victimis*, vel ab *epulis ferendis.* Antiqui vocabant ferias festa. Aliæ feriæ erant sine die festo, ut *nundinæ.* aliæ cum die festo, ut *Saturnalia.* Aliæ erant publicæ aliæ privatæ. Publicarum stativæ, ut Saturnalia, Lupercalia, Agonalia, Carmentalia. Conceptivæ, in diem certum à magistratu conceptæ, ut Sementina, Paganalia, Competalia &c. *Privatæ* ut Familiæ Claudiæ, Æmiliæ, Corneliæ.
Fermentum dictum, quod *fervendo* crescat. Sumitur &c pro iræ inflammatione. ut Plaut. mea uxor in fermento jacet. Terra dicitur fermentari, cum rarefit, & spissæ glebæ resolvuntur.
Ferveo. & Ferbeo. à Gr. φέρβειν. Martinius à πῦρ καὶ βία. Est e. quasi vis quædam & gradus caloris supremus. *Fervor* in summo semper, *calor* non. Calor παρὰ τὸ χαλᾶν, quod rarefaciat & laxet. Quare *Fermentum* quoque pro indignandi causâ sumi videtur. Horat. *Fervens difficili bile tumet jecur,* pro irâ. *Siccum jecur ardet ab irâ.* Juvenal.
Ferrum. vel à *ferendo*, quod in agro colendi gratia feratur; vel à feriendo, quod cætera
co

eo feriantur. *Ferraria:* locus, ubi foditur.

Ferrugo dicitur de ferro, ut *ærugo* de ære.

Ferula quod hac virgâ puerorum *manus feriantur.* Sive à *forembore* quod propter levitatem senes ferula pro scipione uti soleant.

Hinc Martial: *Ferulæque tristes Pædagogicum.*

Fessonia. Dea *fessis juvandis* dedicata.

Fescennini versus. quod hoc carminis genus obscænum. à Fescenninâ urbe, quò primùm illatum. Sive, quod *fascinum arcere* putabatur. quasi fascinium. ναρθηκοφόροι, ministri Bacchi, quasi *Feruligeri.*

Festuca. res minima & levissima. Erat quoque *virga prætoria*, quâ quis fiebat liber. quæ etiam vindicta dicebatur. De hoc copiosius egimus in *Florilegio Tit. Manumissionis* Vide *Vindictæ.*

Feudum. vide Allodium. à *fide* & fidelitate. aliis à *fœdere* dictum videtur, unde & *fœdum* scribunt. quod Dominus ac vasallus ineunt, & sic ad mutuam fidem se obstringunt. Feudum Vasallo solet dari, ut domino belli tempore præsto sit. Aliis à Germanico videtur descendere, *Foeden*, pascere. Vide Becmannum.

Ficedula. quod *ficus edat*, aut inde pinguefiat. Ad Græcum vocari possit *Ficula*, ut Scaliger vult συκαλὶς, ficus. Juvenal *Mergere ficedulas didicit nebulone parente.* scil. *eodem jure natantes.*

Fiber.

Fiber. animal in Ponto sic dictum, *à fibris* h.e. extremis oris animalium, quas colit, & ubi maximè solet videri. Aliàs *Castor* dictus. quod animal se ipsum *castrare* dicitur, quum noverit testiculorum gratiâ à medicis se quæri.

Ficus. à *fertilitate.* quod quater sæpe quotannis fructum ferat. Sylvester ficus, *Caprificus.* cujus lignum adeo inutile, ut nullius usus sit. Quare & *ficulneæ rationes* dicuntur, quæ sunt inutiles. Hinc & *navis Mandronis,* prorsus nullius pretii, quia ficulam. Græci hominem nauci vocant, ἄνδρα σύκινον.

Fidelia. quod recondita *fideliter servet.*

Filius. ἀπὸ τῆς φιλίας, ab amore. quod omnium constantissimus amor sit in filios. *Terræ filii:* qui obscuro loco nati. Hinc Juvenal. *Malo frate rculus esse Gigantum.* nam Gigas ἀπὸ τῆς γῆς, vel γᾶς.

Fistula. à *fundendo,* vel *ferendo.* ut tubi, à tumore. Aliqui à φυσιόω deducunt, inflo, inspiro.

Flagriones. Servi, quod *flagris subjecti* sint. *Flagratores,* qui mercede flagris se cædi permittunt.

Flamines. Sive Filamines, Sacerdotes qui Deo alicui peculiari consecrati. Sic Martis, Jovis, Quirini. Alias *Pilamines,* à Pileo. Vide plura de hoc in Examine Philologico.

Flexumines. Equites. Romani, à *flectendis equis.*

equis. Sub Romulo Celeres dicti. postea Trossuli.

Flos. à Gr. φλὸξ, quod emicet scintilletque ut *flamma.*

Flustrum. Tranquillitas maris, cum *fluctibus non agitatur.*

Flutæ. anguillæ in fretō Siculo, à *fluendo.* quæ cum se non possint mergere, sole torrefactæ, aquis superfluunt.

Flamma. à Gr. φλάζειν. aut verbo παφλάζειν. Est enim φλάζειν, strepere, fervere vel παρὰ τὸ φλέγειν, ab accendendo. quod descendit à φλέγμα, quod quasi excitetur follium flatu.

Filum. quasi *Pilus*, quod ex pilis animalium fiat.

Fimus. quasi *imus.* Est enim stercus, quod vulgò dicitur *lætamen*, nutrimento suo arva læta & fæcunda reddens, ipsique terræ miscetur, quo pinguiorem eum efficiat.

Fiscus. Principis ærarium. à *Fiscis* h.e. *saccis*, quibus publicæ pecuniæ olim asportari solebant. Trajanus Imp. dicere solebat fiscum esse similem hominis lieni. Nam ut corpus eo magis macrescit, aut gracitescit, quo is major evadit: ita quò locupletius fit Principis ærarium, & subditorum bonis distenditur, eo magis Reip. corpus acciditur. Juvenal. *Res fisci est. Ærata multus in arca Fiscus.* Idem. *Fiscus* à verbo *findo*, quod totum

tum Latinum, & ab hiatu. Fiſcus & fiſcina, quod prius hiſcina, ab hio. At Fiſcus à φάσκ☉, ut Scaliger, ut χάσκω, hiſco. Vide plura apud Becmannum.

Floralia. ludi menſe Aprili inſtituti IV. Kal. Maji V.C.DXVI. idque ex Sibyllæ oraculis. Trahunt hoc à *Florâ* muliere, quæ cum magnas opes meretricio quæſtu quæſiviſſet, Pop. R. hæredem reliquit. ex cujus magnæ pecuniæ vi & fænore dies illi natalis celebraretur. quos *Floralia* dixere. Iuvenal. *Digniſſima prorſus Florali Matrona tuba.*

Focus. à *fovendo.* Et focus à flammis, & quod, fovet omnia, dictus. *Focaria* à veteribus dicta concubina: quam domi habeant ad curam rei domeſticæ.

Focale. à *faucibus* derivatur. au in o mutato. quod obtinet quoque in prætoco & ſuffoco. *Focaneus palmes:* qui ex fauce vilis, h.e. ex bifurco medius erumpit.

Fœdus. aliqui hoc à *fecialibus* derivant. h.e. à ſacerdotibus, per quos fiebant fœdera. Alii à *fide,* quæ inter fœdera interponebatur.

Fœnum. quod ſine curâ quaſi *fœnus* præbeat. Vel, à *fœtu,* quod hic quotannis novus. alii à *fundo,* quod per o antiquitus ſcribebatur.

Folium. Gr. φύλλον. Folia vocamus quoque chartas librorum, quas revolvimus à *palmarum foliis,* in quibus olim ſcribi ſolebat, quæ Græcâ voce φίλυρα appellantur.

Fons. à *Fundendo*, quod fundat aquam. πηγή. Hinc Pegaſus. *Fontilia:* Feriæ fontibus dicatæ, quibus & coronæ in fontes conjici, & putei coronari ſolent. Caballinus fons, ἱπποκρήνη.

Forda. Ferens bos eſt, fæcundaque dicta *ferendo.* Hinc etiam fætus nomen habere putant. Ab aliis, *horda:* literarum cognatione, ut, hædus, fœdus.

Foricæ. Forire eſt poſitum pro exonerare ventrem. *Conducunt foricas,* h.e. Stercora. Iuvenal.

Forculus. Deus, à *foribus* dictus, quibus præficiebatur, ut à limine, *Limineus.* & à Cardinibus, *Cardea.*

Fori. tabulata, à *ferendo*, quod onus navium, aut inceſſus ferant.

Formica. à *ferendis micis.* Mica eſt propriè pulviſculus ille, qui in arenâ quaſi argentum fulget. in aliis rebus micæ, quaſi minutim cadentes. ut fruſtula panis, ligni, lapidum. Vel ſimpliciter à *ferendo*, quod nullum animal frequentius, majoraque pondera ferat.

Fornax. Deæ nomen, quod, ante triticum, & ejus uſum Far fornacibus torrebatur. Hinc *ſacra Fornacalia,* quæ eodem cum Quirinalibus die agitari ſolebant.

Fornix. appellatus locus, ubi proſtitutæ mulieres proſtabant, à locis arcuatis. Fornicariæ. Alii à *furvo*, quod furnus obſcurus ſit ſole excluſo.

Forti-

Forticida. à *Fordeis* bobus. Quæ celebrari solebant XVII. Kal.Maji. quod eo die complures prægnantes boves immolarentur in curiis.

Foria. bonâ veniâ, stercora liquidiora. quod *facilè ferantur foras.* unde, *conforire,* h e. stercore liquido fœdare. Hinc *Foricarius,* qui foricas eluit. Iuvenal. *Inde reversi conducunt foricas.*

Forum. à *ferendo*. Gr. ἐμπόριον. Locus, quò undique convenire solent mercatores. *Forum Cupedinis,* in quo cupediæ, h.e. lautiores cibi vendebantur.

Frænum. à *Frangendo,* quod ora equorum frangat. *Mordere frænum*; h.e. se dedere alicui.

Fratilli. quod in *terram ferantur.* in vestibus, pro villis sumuntur.

Frater. Quasi, *ferè alter.* Nisi fortasse à Gr. φρατρία, contubernium. φράτηρ, vel φράτωρ, quasi qui ex eodem contubernio.

Frendeo. ui, fressum. Frango. Hinc *faba fressa.* Vide, Faba.

Fretum. à *fervendo.* à similitudine ferventis aquæ.

Frigo. is. xi. xum. & frictum. quàm *frictus est cicer, tam illum frictum reddam.* Plaut. Torreo significat.

Friguttire. est gestu corporis cupiditatem animi declarare. *Tu nam quid friguttis?* Plaut.

Frigilla. Avis, quæ frigore cantat, à *frigore* dicta.

Frigus. ἀπὸ τοῦ φρίττω, quod eſt horreo, unde φρίκη, horror. alii παρὰ τὸ ῥῖγος. Sic enim Græci frigus & rigorem vocant.

Fovea. à *fodiendo.* Hinc in ſacris, *Deſcendere in foveam,* h. e. mori.

Fritillus. ex *Fritinnio.* quod eſt, cum ſoniſu reſulto. *Fritillum,* eſt inſtrumentum, vel vaſculum, in quo teſſeræ fritinniunt, & cum ſono ſubſiliunt. *Tabula luſoria:* quod ſuper eâ *teſſeræ ferantur.* à *Fritinnus* venit fritillus. Salmaſ. *parvoque eadem movet arma fritillo.* Iuvenal. *Incertis ſonat hinc & illinc fritillus.* Martial.

Frivolus. à frio, as nullius momenti res. Hinc *Frivola transfert,* h. e. vaſa fictilia. pro ſupellectili vili.

Frons. à *ferendo,* quod animi indicia præ ſe ferat. Hinc legere aliquem in fronte. *Frontones,* apud Rom. dicti, ut Capitones, Naſones.

Frumentum. à *fruendo.* vel à *frumine.* quæ eſt, ſumma pars gulæ.

Fulgeo. à Gr. φλὸξ, quod flammam ſignificat. Hinc dictum, pro emittere ſplendorem.

Fructus. à *Fruendo.* alii à *Frumine.* Frugalis, à fruge. Hinc vir frugi.

Fucus. herbæ genus quam Græci φῦκον vocant, tingendis lanis utile.

Fulica. avis aquatica. magnitudine columbam non

non multum excedens. Dicta à *fulvo*. h. e. nigro. aut fuliginis colore. Virgil. in *sicco ludunt fulicæ*.

Fumus. à *furvo*. vapor ex igne exhalans. *Fumarium*, ubi vina fumo condiebantur. Martial. *Improba Maßiliæ quicquid fumaria cogunt*. *Sacrum sine fumo*: de nimis tenui convivio. Sic fumi umbra. Fumum fugiens in ignem incidi.

Funda. Instrumentum è *funiculo* factum, quo funduntur, h.e. jactantur lapides.

Fungus. à *funere*, quod vescentibus sit periculosissimus.

Funus. à *funalibus*, quia incensi funes mortuis præferebantur, qui noctu efferebantur. Vel ab eo, quod φῦν☉, Ionicè dicatur pro φόν☉, quod cædem vel cladem significat. De quorum ritu consule hoc Tit. Florilegium nostrnm.

Fugia. Dea, cui nomen Gentiles dedere propter lætitiàm *fugatorum* hostium, ut Ludovicus Vives. *Frustum*. quod capiatur à *Frumine*.

Fugalia. Festa Romæ in memoriam exactorum Regum, liberatæque Reip. instituta. Quod à Censorino *Regifugium* dicitur.

Fur. à *ferendo*. h. e. auferendo. φὼρ, κλέπτης. ideo foras gerones dixit Plautus. Alii à *furvo*, h. e. nigro, quia furta clam fiunt, & plerumque nocte. Interdum servus hac

voce significatur. *Quod Domini facerent, audent cum talia fures?* Virgil.

Furciter. Servus appellatus; qui cogebatur magis ignominiæ, quàm supplicii gratiâ *furcam in collo ferre*, subligatis ad illam manibus, in exemplum aliis.

Furiæ. à *furore.* vel τῆς φονίας, quod τὸ φονᾷν etiam furere significet. tres numero sunt. *Alecto* ab α privit. καὶ λήγομαι. *Tisiphone,* ἀπὸ τῆς τίσεως καὶ φόνου, h. e. vindicta. *Megara,* ἀπὸ τοῦ μεγαίρειν, quod odisse & invidere significat.

Furnus. Dictus à *furvo,* h.e. nigro colore. propter fuliginem, quam intus habet. sive ob obscuritatem.

Furinalia. sacra *Deæ Furinæ.* cui hæc sacra annua celebrari solita IIX. Kal. Sept. sequentibus diebus ludi edebantur in circo.

Fusus. à *fundendo,* qui dum trahitur volvendo, liquefieri videtur. Virgil. *Dum fusis mollia pensa Devolvunt.*

Fustitudinæ; Ferricrepidinæ. molæ sunt, in mediis pistrini locis collocatæ. quod illic *fustibus adigerentur* servi, & compedibus vincirentur. Stridorem catenarum quasi diceret. Plaut. *Apud fustitudinas ferricrepidinas insulas.*

Futilis. à *fundendo,* ut Festo videtur. aut, quod Vallæ placet, ab antiquo *Futio,* à quo & effutire. Hinc illi futiles dicti, qui non con-

continent tacenda. *Futuo*, verbum obſcænum.

G.

Gabinus cinctus. toga erat in tergum rejecta, ut altera pars in tergum rejecta hominem cingeret. A *Gabino Romano*. Quâ veſte utebatur conſul bellum ducturus; vel ſacris ſe devoturus pro exercitu; vel Iani portas aperturus. Denique cum rei ſacræ operam dabant belli causâ, &c. Turneb. lib. XXII. cap. XX.

Gabina lex. hac cavebatur, ut comitiis, in quibus magiſtratus creabatur, non voce, ſed per tabellam ſuffragium ferret.

Gades. Tyrii à rubro mari profecti terram illam, Gades *Septam* nominarunt. eo quod circumfuſa, aut circumſepta ſit mari. *Vltimas Gades adit. mecum.* Horat. *A Gadibus uſque Auroram.* Iuvenal.

Galba. à colore *Galbulæ avis* Romani dixerunt Galbas. teſte Alex. ab Alex. eſtque *paſſeris genus* luteis pennis. alii à *Galbeo indumento* dictos volunt Galbos. Alii *Galgulam*, vel *Galgutum* vocant hanc avem. Quæ ſi ſpectetur à quopiam, morbo regio laborante, ſanatur. alio nomine *Icterus*. Iuvenal. *Conſulit ictericæ lento de funere matris.*

Galerita. Avis à *galero*. Dicta & alauda. quod & Legionis Romanæ nomen. Varro vocat *galericum*, quod apicem habeat in capite.

Gellius *Caßitam*. pluma alata, five hic apex, similitudinem habet *galeri*. *Galerus* est pileus rotundus, à similitudine galeæ. Iuvenal. *nigrum crinem abſcondente galero*. Sumitur quoque pro comâ alienâ.

Ganea & um. Lupanar, five popina. ἀπὸ τῆς γῆς, *à terra*. quod fit in terrâ, non ut *cœnacula*, quæ sunt superius. cum subterranea libidini magis apta.

Galli. Sacerdotes Cybeles, *à Gallo flumine*, apud quod Deæ istius Orgia agitare solebant. Et *Semiviri* dicti, quod qui ex eo Phrygiæ fluvio bibiſſet, adeo is furere inciperet, ut ſe ipſum caſtraret; virilibus ſibi exectis Samiâ teſtâ. ut Plinius ſcribit.

Gangræna. caro æmortua ex ulcere, vel inflammatione. παρὰ τὸ γραίνω, quod comedere ſignificat. γάγγραινα. *En ſe reſcindendum, &c.*

Garum. Liquamen eſt, ex inteſtinis piſcium, ſale maceratis. ita dictum quod primò *ex garo piſce* confici ſolet. Et quanquam jam ex infinito genere piſcium fiat, nomen tamen priſtinum retinet, à quo cepit.

Gaudium. ἀπὸ τοῦ γαυριᾶν, ut Feſto placet, eaque vox geſtire & exultare ſignificat. Eſt enim animi affectus ex opinione præſentis boni procedens, qui ſpiritus vitales reſolvit in lætitiam externam. Sunt, qui à verbo gaudeo deflectunt, παρὰ τὸ χαίειν, irridere.

Gela-

Gelasinus. ἀπὸ τοῦ γελᾶν, h.e. *ridendo.* Gelasini dentes, anteriores, quos ridendo ostendimus. Martial. *Nec grata est facies, cui Gelasinus inest.* Plaut. *Cave ex Gelasino fias catagelasinus,* h. e. deridiculus.

Genæ. quod in his *pili gignantur.* Pudoris hæc sedes est, quod illic maximè ostendatur rubor.

Genua. dicta, quod hæc, dum infans est in *utero matris, genis opposita.* sive, *à generando,* quod in genubus vitalitas. alii, quod γωνίαν, h. e. angulum flectendo faciant.

Genuini. Dentes, quod *à genis dependeant.*

Genius. ab aliquibus à *gerendo*, quasi gerulus. quod unicuique peculiare quid suggerat. Censorinus dictos putat à *gignendo*, quod curent, ut gignamur. Genius apud veteres dictus uniuscujusque *anima rationalis.* Aliqui duodecim signa cælestia, & elementa vocant Genios.

Gerræ. crates sunt vimineæ. post, nugamenta dicta. Athenienses enim cum Syracusas obsiderent, & *crebrò gerras poscerent*, irridentes Siculi, gerras clamitare ceperunt. Ausonius: *Misi itaque ad te frivola, gerris Siculis vaniora.*

Geraria. quæ in ulnis pueros *gestat.*

Germana. appellata soror, quasi *eadem genitrice manans.*

Germania. judicat Becmannus scribi debere

Hermania, litera G. non bene distincta olim à litt. H. Sic corruptum ducis *Arminii* nomen dicitur: quod revera *Harminius*. Est enim *Herman*, vir exercitus, seu dux belli. *Heer*, bellum sive exercitus. Vide plura ibidem. ubi & de Alemannis, qui *Adelmanni* dicendi, quod fortem & nobilem significat.

Gigas. à verbo γίνομαι. Gigantes quasi γηγενεῖς, ex *terra nati*. *Malo fraterculus esse gigantum*. Pers.

Gingiva. à *gignendis dentibus*. Factæ sunt honori dentium. aliàs horrori essent ac formidini, si nudi essent.

Glacies. quasi gelacies, à *gelu*.

Gleba. Frustum terræ, quod quasi *globus* sit.

Glossa. æ. γλῶσσα, *lingua*. unde Glossæ à quibusdam *pro interpretationibus* ponuntur. quod vice linguæ, sive doctoris fungantur.

Grabbatus. κράββατος, dictus quasi *carabatus*. quod in eo capite recumbamus. κάρα, caput. βαίνω, vado. Alii παρὰ τὸ κρεμᾶν τὰς βάσεις, à suspendendis pedibus.

Gradivus. Mars, à *gradiendo* in bello. vel *ab hastæ vibratione*, quam Græci efferebant verbo, κραδαίνειν.

Gramen. à *gradiendo*, sivè *serpendo*, quod geniculatis internodiis mirificè serpat. *Graminea corona*, quam liberati obsidione, suo Duci dabant. & ex ejusdem loci gramine, intra quem obsessi fuerant clausi.

Grando. est pluvia in aëre congelatā. Sic dicta, quod *granis sit similis.*

Granum. à *gerendo.* id enim seritur, ut spica gerat frumentum.

Grues. à *congruendo.* Hinc congruere, & concordare.

Gymnasium. ἀπὸ τοῦ γυμνάζειν, ab *exercendo.* γυμνὸς, nudus. quia in illis locis Palæstritæ nudi exercebantur. Sic *Gymnosophistæ,* Indiæ Philosophi nudi vagantes per opacas solitudines, in maximo olim apud suos honore. ἀπὸ τοῦ γυμνοῦ, de his lege Strab. lib. xv. & Plutarchum in vita Alexandri Magni.

Gynecæum. Locus secretior in ædibus, ubi solæ mulieres habitabant. ἀπὸ τῆς γυνής. γυναικεῖον.

Gymici Ludi. primum Romæ exhibiti in Ædilitate Æmilii Scauri. Sic quod *ludentes corpora sua nudarent,* aut saltem vestes exuerent, ut ad certamina essent expeditiores. Vel ab *exercitatione corporis,* quod γυμνάζω significat.

H.

H*Abenæ.* inquit Isidorus, ab *habendo* dictæ, quod iis equos habeamus.

Hæmatites. gemma, suo rubore *sanguini respondens.* αἷμα, sanguinis, vis ejus ad restinguendum sanguinem mira. Magi multum

sibi

sibi promittebant de eâ, in insidiis Barbarorum coërcendis.

Hædus. per æ. Dictum hunc volunt ἀπὸ τῶν αἰδοίων. h. e. à testiculis.

Hæmorrhois, vel *Hæmorrhous.* αἱμοῤῥοὶς, & αἱμοῤῥόος. Serpentis genus. quod quicunque ab eo percussus fuerit, dissolutis venarum commerciis, intermoriatur. ἀπὸ τοῦ αἵματος, καὶ ῥέω. Hinc nomen habet *Hæmorrhois*, genus morbi. quod sanguinis profluvium Gaza interpretatur, & mariscam propter ficus, id est, mariscæ similitudinem.

Hæres. ab *hærendo.* vel, ab *herus*, qui priscis erat dominus, & pro hærede gerere h. e. pro domino, apud ICtos. Sive quod defuncto proximè adhæreat, & in ejus jus succedat.

Halcyon. vide Alcedines.

Hallucinor. Aberro. propriè ad oculos refertur. dum alterum pro altero respicimus. ἀπὸ τοῦ ἀλύειν, quod est languescere & obstupescere.

Hammon. ab *arenis*, quod in multo sabulo locus hic situs. Vide Curtium. ab ipso Jove Ammone dictum, nam ibi non responsa, ut apud Delphos verbis dabantur, sed nutu & signis.

Hamotrahones. Piscatores, vel qui *hamo traherent cadavera.*

Haringa. significabat apud antiquos hostiam. inde

inde dicta, quod ejus *adhærentia* inspicerentur.

Hariolus. Futurorum divinator. dictus quasi *Fariolus.* à Fatis, vel fando. Sic Hanula, quasi *Fanula.* h. e. parva fana.

Harmonia Concinna compositio, ἁρμόζω, ἁρμόττω. coapto, compono.

Harpago ônis. ἁρπάγη & ἁρπάγων, instrumentum ferreum, in fine aduncum. à Gr. ἁρπάζειν, rapio.

Haruspex. qui *harugis,* h. e. hostiis inspectis futura prædicit. *Harugæ,* exta. *Censore opus est, an haruspice nobis?* Iuvenal.

Hasta. Instrumentum ex ligno terete, quasi *Adsta.* Quiris aliàs, aut Curis. Hastam abjicere. Hastæ bona subjicere. Olim auctionis signum, cum esset posita in foro. unde pro ipsa auctione ponitur.

Hebè. pubes, pubertas, ἡβάω, ἡβάσκω, pubeo, pubesco. Usurpatur propriè de nascentibus ex terrâ, quæ verno tempore progerminant. unde Virgil. *Hinc omnis largo pubescit vinea fœtu.* Mensis *Abib,* id est, spicæ, pubertatis, quo è terra nascentia in Orientis tractu pubescunt. *Pubertas est igitur velut Ver vitæ humanæ.* *Hebe* Iunonis filia dicta, quoniam è felicissima aëris temperie omnia herbarum arborumque genera pullulant & pubescant. *Hebe* pubertatis quoque dea. quæ Hesiodo dicta χρυσοστέφανος, Homero

Homero καλλίσφυρος, quod pulchros talos, h. e. pedes haberet. quæ Herculi nuptui est data, postquam in numerum deorum esset relatus, ἀπὸ τοῦ ἥδειν, quod est, exhilarare. quod aliquibus absonum non videtur. Vide *Ephebus.*

Harpyæ. ἀπὸ τοῦ ἁρπάζειν, rapere. Nomina Harpyarum *Aello,* ἀπὸ τῆς ἀέλλης, procella. quod fœdo volatu omnia pervertat. *Ocypete,* à celeri volatu, ὠκὺς, celer. & πέτομαι volo. *Celæno,* à nigredine, quæ Græcis est κελαινότης. *Thyella,* ἀπὸ τοῦ θύειν, quod impetum facere & festinare significat.

Heautontimorumenos. Nomen Comœdiæ Terentianæ, quod nos, *Se ipsum excrucianten,* interpretamur. τιμωρέομαι, crucio, punio. ἑαυτὸν seipsum.

Hecatombe. à Gr. ἕκατον καὶ βοῦς. centum. Centenæ sui generis victimæ. Si Imperatores essent, illi sæpè centum aquilas, centum Leones mactabant. Iuvenal. *existunt, qui promittunt Hecatomben.*

Hædera. ab *edendo,* vel adhærendo, quod parietes èxedat, aut illis inhæreat.

Helciarii. Qui in navibus onera funibus moliuntur. Vel, qui naves deducunt, vel subducunt. à Gr. ἑλκῶ. inde ἑλκίον. *Helcium* est quoque instrumentum ad pectus equorum. quo & per machinulam molæ innexæ versantur.

Helice.

Helice. ursa minor. ἀπὸ τῆς ἕλικος. h. e. à circumvolutione, quo diei noctisque spatio, circum Polum Arcticum volvatur. Ovid. *Esse duas Arctos, quarum Cynosura notetur Sidoniis, Helicen Graja carina notet.*

Heliocaminus. Vaporarium solare, in aprico loco situm, ad calorem solis excipiendum. à Gr. ἥλιος καὶ κάμινος. caminus. Sol. *Heliotropium* hinc. Flos, qui se cum sole circumvertit. τρέπω, verto.

Hermæ. Statuæ, sive signa, quorum capita permutari poterant. Hujusmodi Athenis plurimæ erant, *Mercurii imaginem referentes.* A quo & nomina acceperunt. Nam Mercurius Græcis, ἑρμῆς. unde & Proverb. *Non ex quovis ligno fit Mercurius.* Solebant hujusmodi Hermæ circa sepulchra erigi, ad propagandam defunctorum memoriam. soliti quoque Romani Mercurii & Minervæ statuas conjungere in Gymnasiis. quas Cicero nominat *Hermathenas. Harmaphroditus.* ex ἕρμης, καὶ ἀφροδίτη, Mercurius & Venus.

Herculana. pars decima, quæ Herculi debebatur portio.

Heros. Dicti Heroës veteribus, *viri Nobiles*, qui mortales cum essent, magnitudine rerum gestarum ad Deos immortales pervenerunt. Aliqui dictum putant Heroëm, *ἀπὸ τοῦ ἔρον τῆς ἀρετῆς ab amore virtutis.* Augustinus,

gustinus, *ἀπὸ τῆς ἥρας*, à *Iunone*, quod aër Iunoni imputetur. ubi volunt cum Dæmonibus Heroas habitare. Capella dictos putat ab *Hera*, h. e. terrâ.

Hierobotane. Verbenaca herba. ab usu sacrorum sic dicta. quod eâ verrerent Jovis mensam. *ἱερὰ καὶ βοτάνη*, *sacra herba*. Hac quoque utebantur Legati Romani, ad hostem ituri. Illi *Verbenarii* appellati.

Hieroglyphicæ Literæ. Dictæ apud Ægyptios notæ quorundam animalium, aut aliarum rerum, sacris monumentis incisæ. quæ illi Hieroglypha nominabant. Quibus literarum loco usi sunt.

Hila. æ. intestinum tenue, ab *hira*, sive ab *hilum*, quod est minimum. Hinc diminut. *Hilla.* &c. Plaut. *hiræ omnes dolent.*

Hilaria. Sicut *Saturnalia.* antiqui æquinoctii verni diem colentes appellarunt. n. VIII. Kal. Apr. quo fit æquinoct. vernum.

Hilarodus. Lascivi carminis cantus. ab *ἱλαρὸς*, & *ᾠδὴ*, cantio.

Hippodromus. Equorum curriculum. *ἵππος*, καὶ *δρόμος*.

Hippolitus. *ἀπὸ τοῦ ἵππου*, ab equo, & *τοῦ λύειν*, dissolvere.

Hippocrene. *ἀπὸ τοῦ ἵππου*, & *τῆς κρήνης*, fonte. *Pegasus equus* alatus saxum ibi ungula feriens hunc fontem aperuit.

Hippomanes, ab *ἵππος* & *μανία*. ab equæ furore

rore dictum. quod pro veneno. Virgil. lentum destillat ab inguine virus. *Hippomanes quod sæpe malæ legere novercæ.*

Hirquitallire. De adolescentibus dicitur, qui pubescentes vocem emittere incipiunt subraucam & gravem. *Comparatione vocis inarticulatæ hirquorum.* *Hirquus*, est angulus oculi. quod tractum est ab hircorum oculis, quod capras obliquè adspiciant.

Hirudo. ab *hærendo* carni dicta. Aliàs sanguisuga. Horat. *Non missura cutem, nisi plena cruoris hirudo.* Hinc Hirudo ærarii.

Historia. ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, quod est, *inquirere*, videre, cognoscere. Hanc Cicero vocat *Memoriam publicam.*

Histriones. ab *Histriâ* regione, ex quâ eos primùm venisse testatur Festus. qui aliàs dicuntur Mimi, ἀπὸ τοῦ μιμεῖσθαι, hoc est, imitari.

Holocaustum. victima, quæ detractis extis *integra aræ imponebatur*, παρὰ τὸ ὅλον καίεσθαι. Hinc τὸ καυστόν. *Holocautoma.* ex ὁλοκαυτόω integras victimas comburo.

Homo. ab humo, vel ὁμῶς. Est enim animal sociale.

Hora. ἀπὸ τοῦ ὅρου, quod *terminum* significat. sive, ab ὁρίζειν, quod est, terminare. Alii ἀπὸ τῆς οὔρου, quo significatur *urina.* Ferunt Hermetem Tris-megistum horas primum observasse ex urinâ sacri animalis, quod

quod Serapi dicatum. Vide de hoc plura in *Examine Philologico.*

Horoscopus. παρὰ τὸ σκοπεῖν τὰς ὥρας. à *perspiciendis horis.* Significat & hoc tempus, quo quisquis nascitur. Hinc Juvenal. *nota Mathematicis genesis tua.* Hinc & instrumenta horoscopa, in quibus horæ dignoscuntur.

Horizon. ὁρίζων, *finitor,* vel terminator. ὁρίζειν, terminare.

Hornus. compositum ex *hic*, & *annus.* Idem quod, *hujus anni.* vel, quod ætatem unius anni non excedat. Sic *horna messis*, *horna vina*, *hornotinæ nuces.*

Horatius. quasi ὁρατὸς, adspectabilis. παρὰ τὸ ὁρᾶσθαι.

Homerus. ὅμηρος Græcis est, cæcus. Fertur Homerus fuisse cæcus.

Holosericum. Holoserica vestis. ex ὅλη, & *sericum.* tota ex serico. Sericum, arborum lanugo, apud Scythiæ populos *Seres,*

Homilia. Sonitus sermonis prolixi. ὁμιλέω, loquor in magno cætu hominum, ὁμίλια, *sermo ad populum.*

Horreum. ab *horrore*, quasi horridum propter asperitatem aristarum. Prisci enim unà cum aristis recondebant suas fruges. sic *Farreum,* à farre.

Hortor. & Moneo differunt. *Monemus* authoritate & consilio. *Hortamur* rationibus

bus & precibus, etiam plerunque blandiendo.

Hortus. inquit Festus. antiquis omnis villa erat, quod ibi *orirentur*, qui arma capere possent. *Hortus*, ubi herbæ sativæ. *Horti*, qui arboribus consiti.

Horta Dea. cum viveret in terris, Hersilia nuncupata, quæ & *Hora.* ab *hortando.* Cujus templum nunquam claudebatur. quoniam assiduo hortaretur, quid præclari fieret.

Hostia. dicta ab *hostibus.* propriè animal erat, quod immolabatur ab Imp. ad bellum proficiscente, pro impetrandâ contra hostes victoriâ. Festus dicit fuisse sacrificium, quod Laribus immolabatur. Eò quod hostes ab illis arceri putarent. Vnde & ipsi *Lares Hostioli* dicti. Alii ab antiquo, *Hostio*, quod ferire significat. Ovid.

Victima, quæ cecidit, dextra victrice, vocatur.
Hostibus à victis hostia nomen habet.

Gellius putat hostiam à quovis Sacerdote posse mactari; victimam tantum ab eo, qui hostes vicisset.

Hostimentum. ab antiquo, *Hostire.* quod significat quoque *æquum reddere.* *Hostis.* ab *hostio*, quod & *retundere* significat.

Hybris. vel Hybrida. *Sus est imparibus prognata parentibus*, ex altero fero, altero domestico. appellatio videtur à Gr. ὕβρις, quod inter

inter alia quoque ſignificat *adulterium*.

Hydraules. Muſicum organum, aquæ decurſu ſonum reddens.

Hydromantia. Divinatio, quæ fit per aquam. Ἡ ἐκ τοῦ ὕδατος μαντεία. Eſt Magiæ ſpecies. de quibus Varro & Delrio.

Hydromeli. Aquæ mulſæ genus, *ex imbre puriſſimo & melle* temperatum. & jam vetuſtate vini ſaporem referens.

Hydrophobia. Aquæ fuga. quando æger ſupra modum *aquam expaveſcit*. quod iis accidere ſolet, qui à rabido cane morſi παρὰ τὸ φοβεῖσθαι τὸ ὕδωρ.

Hydrops. Latinè, *Aqua intercus*, quòd ſub cute naſcatur, quâ corpus turgeſcit. Hujus tria genera. Adi Examen Philolog.

Hydrus. *a*. Genus anguium, *in aquis degentium*. Poëtæ Hydram finxerunt multorum Capitum: quorum aliquot exciſis, continuò renaſcuntur totidem. *Hydria*, Sophiſtria, quæ ſic ſolebat quæſtiones ponere, ut uno ſoluto, multa difficiliora ſubnaſcerentur.

Hyems. ἀπὸ τοῦ ὕω, pluo. Varro, ab *hiando*, quod anima, quæ à nobis efflatur, tunc appareat. Hyeme ſpiritus noſter quaſi in nebulam concretus cernitur.

Hymenæus. Nuptiarum Deus. Bacchi & Veneris F. ἀπὸ τοῦ ὑμένος, h. e. membrana, quæ primo congreſſu. &c. Alii volunt, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ ναίειν. quod ſimul habitent vir & uxor.

uxor. vel, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ νέειν τῆς νυμφίης. quod ſimul vadant ſponſus & ſponſ

Hymnus. ἀπὸ τοῦ ὑμνεῖν, h. e. à *laudando.*

Hypocauſtum. Locus, ad *ſudandum.* παρὰ τὸ ὑποκαίειν. Latinè, Vaporarium.

Hypocriſis. ἀπὸ τοῦ ὑποκρίνω, quod inter alia ſignificat *ſimulare.*

Hypallage. ἀπὸ τοῦ ὑπαλλάττειν, quod *variare,* & ordine ſubmovere ſignificat. Sic illud Virgil. *tergo ſceleratam intorſerit haſtam.* h.e. ipſe ſceleratus.

Hypoſtaſis. à ſubſidendo, vel ſubſiſtendo. juxta Theophilum, ſignificat ſedimentum urinæ. Refertur hæc etiam vox ad Deitatem. in quâ eſt una οὐσία, at tres ὑποστάσεις, h. e. tres perſonæ.*

Hypotheſis. ex ὑποτίθημι. quo Priſci ICti ſpeciem appellant, recentiores legis caſum. apud Rhetores eſt cauſa, vel controverſia circumſtantiis definita. Hinc propoſitio Hypothetica.

Hypochondria. Partes laterales, utrinque coſtis ſubjectæ, Hepati & Lieni ſuperjacentes. quas Latini *præcordia* vocant. ὑπὸ τοῦ χόνδρου, h. e. ſub cartilagine ſitæ ſunt.

Hypogea. Loca ſubterranea. Budæus inquit, hoc nomine contineri cellas vinarias, carnarias, olearias, penuarias. &c.

Hyacinthus. Huc illud Virgilii referendum:

Dic quibus in terris inſcripti nomina Regum

Naſcentur

Nascentur flores. ut fabulæ habent, Hyacinthus occisus & in florem sui nominis conversus, nomen primis literis exprimentem. *Ipse suos gemitus foliis inscribit, & ἄι ἄι Flos habet inscriptum, funestaque littera ducta est.* De Rege Hyacintho. Aliqui de *Ajace* intelligunt, quod cum Græco rectius videtur convenire, ἄι αἴ.

I.

I*Aculum.* vectis genus, à *jaciendo. Funda* à fundendo dicta. βόλος. *Verriculum.*

Iambus. ἀπὸ τοῦ ἰαμβίζειν, convitiari. Horat. Syllaba longa brevi subjecta vocatur Iambus. *Archilochum proprio rabies armavit Iambo.*

Ianiculum. Oppidum in Ianiculo monte, trans Tiberim, à conditore dictum. Vel quod Ianua esset. Romanis in Hetruriam proficiscentibus.

Ianus. ab hiatu, ab aliquibus dictus. Alii Ianum mundum, h. e. cælum intelligunt, quasi *Eanum*, ab eundo.

Ianthinus. idem quod violaceus. Græci ἴα, violas; ἄνθη, *flores* vocant. *Ianthinum* igitur est, quod colorem floris violæ refert.

Iapyx. Ventus ab occasu solstitiali spirans, qui alio nomine Caurus. Sic dictus, quod à Iapigiâ spirare videatur.

Ianua.

Ianua. à Iano dicta, quod huic Deo consecratum erat omne principium.

Ianuarius. Etiam à Iano derivatur, quem Numa Pompilius primum anni mensem esse voluit. Tanquam bicipitis Dei mensem. Inspicientem & prospicientem transacti finem, futurique principia.

Idalium. Cypri oppidum. Etymon ejus inde: Quum oraculum Chalcenori datum esset, ut illic urbem conderet, ubi primum orientem solem conspicaretur, unus è comitibus ad eum conversus, ἴδον ἅλιον, inquit, *vide solem.*

Idiotes. propriè *privatus*, nullo munere publico fungens. ἰδιωτεύειν, privatam vitam agere.

Idus. ab antiquo *Iduare*, quod est dividere. propterea quod circa medium mensis existens, in duas partes mensem dividere videatur. Ab Idibus *Idulas* dicimus *oves*, quæ singulis Idibus Jovi immolabantur.

Ignis. ab *in* privat. & *gignendo*, quod nihil in igne gignatur.

Ignominia. ex *in* & *nomen.* Dicitur enim ignominia, quasi boni nominis privatio.

Ilicet. Quasi diceret, *ire licet.* hac formula Judices de concilio demittebantur.

Ilias. ab Ilio dicta. Hinc malorum ilias, pro ingenti calamitate, quæ facta ad Ilium, h.e. Trojam.

Illecebræ. ab *illiciendo,* quod animum ad se alliciant.

Illunis. obscura nox dicta, quasi *sine Luna.*

Imago. quasi *imitago.*

Imber. Est agmen aquarum, largius ex concretis effusum nubibus. Nimbus vero repentina & vehementior est pluvia. Sunt, qui hoc nomen cum *h* & *y* scribunt, quasi à Gr. ὕειν, *pluere.*

Imbrex. quód imbres avertat. Est enim incurvum genus tegularum. Plaut. *quod meas confregistis imbrices & tegulas.*

Imbecillus. Senex, qui *sine bacillo* ingredi non potest.

Impluvium. Est in quo aqua impluit, collecta de tecto. Terent. *Anguis per impluvium decidit de tecto.*

Impluvia. vestis est, quâ Sacerdotes *per imbrem utebantur.*

Incensus. h. e. qui *censum* suum *non est professus.* Quod gravissimi criminis loco habitum apud Romanos.

Incestus. à *cesto,* Veneris cingulo, quo amor maritalis in legitimis nuptiis conciliari putabatur. ut Incestus dicatur, concubitus illegitimus, cui cingulum illud, justarum nuptiarum insigne, non adhibebatur.

Inciles. inquit Festus, canales sunt, in quos aqua confluit, in viis lapide stratis. Ab *eliciendo* dicti. pro quo alii legi volunt, *Inlices,* sive *illices.* *Incly-*

Inclytus. à Gr. ἐν & κλυτὸς, quod clarum significat.

Incubus. ab *Incubando* dictus. morbus noctu quiescentes infestans. ἐφιάλτης. Gr. ἀπὸ τοῦ ἐφάλλεσθαι, insiliendo, invadendo. Vide *Ephialtes.*

Indoles, ab *inolesco,* interposita litera *d.* in pueris significatio probitatis.

Indigenæ. h. e. *inde geniti*, nec aliunde. quos Græci αὐτόχθονας appellant. Tales jactarunt se Athenienses, quos Thucydides vocat τεττιγοφόρους, quod pro capitis ornamento in capite gestarent cicadas, ex auro, Indigenas se, non advenas esse significantes. Nam in ea regione vivunt, & moriuntur, in qua genitæ sunt cicadæ Vide *Aborigenes.*

Indigetes. Festus deos esse dicit, quos indigetari, h. e. vocari & nuncupari sit nefas. Vel, quod *nullius rei egeant.* Alii dictos volunt, quasi *in Diis agentes.* Alii rursum, *in loco degentes* & genitos. Sic indigetem Deum factum legimus Æneam. Hinc verbum *Indigetare,* quod Græcis est ἀποθεοῦν, inter deos referre.

Induciæ. sic dictæ, quod *in* certum *diem* à pugnando *otium* præbeant. Alii derivant ab *initu,* h. e. introitu. Quoniam hostes tempore induciarum ad se invicem ire, redire, atque introire dicantur. Gellius putat inducias esse dictas ex tribus dictionibus: *Inde, icti,*

icti, jam. Quod elapso tempore induciarum, deinceps mutua bella jure agantur.

Infans. puer est, qui *nondum fari* cœpit.

Infatuo. à præpos. *in* & *fatuus.* Fatuum sine sale dicimus, h. e. sine sapientia facio. *In,* hic significationem auget.

Inferiæ. sacrificia, quæ *Inferis* solvebantur, *ab inferendo,* dictæ.

Ingenium. à *gignendo* dicitur. Est enim propriè natura cuique ingenita.

Injuria. Ex, *non* & *jure,* quod non jure fiat.

Inquilinus. Ex *in* & *colo.* Qui in alieno habitat.

Insidiæ. ab *insidendis locis,* quæ ad insidias deligimus.

Insignis. dicitur nobilis, *in quo aliqua sunt signa,* quibus ab aliis dignoscitur.

Institor. qui à mercatore negotiationi alicui præfectus. ab *insistendo,* dictus, quod negotio insistat.

Instrumentum. ab *instruendo* dictum. Plurima hoc nomine veniunt.

Insula. quasi *in Salo.* quod undique alluatur insula mari.

Interpolo. signif. immuto, & rebus vetustis novam formam induco. à *poliendo.* huic vestimenta interpolata, quibus à fullonibus nova lana indicta, ut pro novis vẽdere possunt.

Ira. ab *ire,* quod qui irascatur, à se abire videatur. sic dicimus apud animum redire, quando ira evanuit.

Iris.

Iris. Arcus cœleſtis, ab εἴρειν, quod dicere eſt, vel *nunciare*, quia Arcus hic denunciat pluvias, θαυμάντιας dicitur propter varios ac mirabiles colores.

Iſagoge. Græcè εἰσαγωγὴ, prima artium rudimenta. εἰσάγω, inſtituo, & prima artium rudimenta alicui trado.

Iſocolon. à Rhetoribus vocatur ſchema, ſive periodus, duabus, aut pluribùs ſententiis brevibus, & inter ſe paribus conſtans. ut, *Qui neque finem habet cupiendi, neque modum utendi.*

Iubar. eſt ſplendor ſolis aliorumve ſiderum, ſic dictum, quod *jubarum quandam ſimilitudinem* referat.

Iugerum. teſte Plinio, à *Iugo* derivatur: eo quod tantum ferè ſpatii uno jugo boum in die arari poſſit.

Iuncus. junceus, à *jungendo.*

Iunices. à *Iuniore* ætate dictæ, quaſi juvencæ. Perſ. *Tot tibi cum in flamma junicum omenta liqueſcant.*

Iuro. à *jure* dictum. Quod jurare ſit aliquid ita ſanctè promittere, ac ſi jus eſſet.

Iuſta. ſic dicta, *quod jure fierent* his, qui de nobis viventes bene meriti fuerunt.

Iuſtitium. quaſi *juris ſtatio.* Eſt enim juris dicendi intermiſſio.

Iuvenis. à *Iuvando*, quod ea ætas maxime ſit apta ad laborem tolerandum.

L.

L*Abes.* Est ruina, à *labendo.* quod sit rebus nostris interitus ac ruina.

Labium. à *Lambendo.* Isidorus ait, superius Labium dici, inferius labrum. *Labrum* quando vas significat, à *Lavando* descendit.

Labrusca. Vitis agrestis & erratica, *quod in agrorum labris,* h. e. marginibus nascatur.

Labyrinthus. παρὰ τὸ μὴ θύραν λαβεῖν, quod januam habeat nullam. Hinc λαβυρινθώδης ἐρώτησις, tortuosa interrogatio. unus in Ægypto. alterum fecit Dædalus in Cretâ. tertius in Lemno. quartus in Italia.

Lac. à *laciendo*, quod admotis mammis infantes alliciantur.

Lachesis. futurum significans tempus, ἀπὸ τοῦ λαγχάνειν, h. e. sortiendo. eo quod nendo filum ducat. Vide *Clotho,* & *Atropos.*

Lapathum. παρὰ τὸ λαπάττειν, ὅτι μετ᾽ ἑψηθὲν ἀπολαύει καὶ μαλάσσει τὴν κοιλίαν, quod emolliat alvum, sicut malva.

Lar. Lares dicti à *Lara Nympha*, & Larium matre. Imprægnata à Mercurio. Vide Mythologos.

Laverniones. à Veteribus dicti fures, quod essent sub tutelâ Deæ Lavernæ, quam invocabant. Hinc porta Lavernalis. Cujus & Plautus meminit: *Ita me bene amet Laverna.*

Laurentalia. Vide Romulum.

Lactes.

Lactes. Graciliora ſunt inteſtina, per quæ labitur cibus. Dictæ à *lacte* propter mollitiem, & pinguedinis candorem, ab antiquo *Lacio*, quod cibos alliciant.

Lacteo. hinc lacteus porcus, quod adhuc ſugit.

Lactans. quæ lac præbet. ſic *lactans mulier*, quæ lac in mammas habet. *Lactentes* ſunt infantes, lac ſugentes. Apud Varronem dicuntur, *Porci delici*, quod depulſi ſunt à mamma. *Lactentia frumenta*, quaſi diceres, lacteſcentia, h.e. albeſcentia, quaſi colorem lactis referentia.

Lacerna. Veſtis ad pluvias & tempeſtates arcendas. Feſtus Lacernam dictam putat quaſi *laceram*, h.e. parte aliquâ immin[illegible]tam.

Lacerta. vel, *tus*, ſerpentis genus. ſic dictum, quod pedes habeat ad modum noſtrorum lacertorum, h. e. brachiorum.

Lachryma. à Gr. Δακρύειν, quod veteres Dacrymas dixere. Alii à *lacerando*, quaſi *lacerrimæ*. Quoniam ex animi laceratione lacrymæ oriuntur.

Laciniæ. partes extremæ in veſtimento, quibus ſolemus quid geſtare, aut quas in humerum rejicimus. Dictæ, à *lacerando*, quod ſint partes quædam & ſegmenta veſtem dividentia.

Laconicum. Dictum, quod eo *Lacones* peculiariter uterentur. Sumitur pro loco in balneis orbiculari ambitu in ſe recurvo. Sive for-

 naculo

naculo ex terrâ & tegulis mammatis, addito fomento, concurvata.

Lactuca. quod *abundantia lactis* exuberet.

Lacuna. Aquæ est collectio. à *lacu*, Metaphoricè sumitur, ut explere lacunas rei familiaris. Lacuna in auro, est adulteratio, & legitimi valoris imminutio.

Læmargia. Crapula, voracitas, sive ventris ingluvies, Gr. λαιμαργὸς, vorax, helluo.

Læstrigones. populi Italiæ immanissimi. dicti ἀπὸ τῆ ληςείας, latronibus.

Lætus. à *latitudine* mentis, secundum aliquos. Lætus dicitur, qui hilaritatem, quàm intus habet, etiam vultu ostendit. Nam quod gaudium aspectu promunt, dilatare quodammodo faciem videtur.

Læva. Manus sinistra à Gr. λαιὸς, quod sinistrum significat.

Lallire. Antiqui idem dixere, quod *lac sugere.* Est ex iis vocibus, quibus nutrices alumnis suis se accommodant. sic *Papa* & *Tata*, pro patre, *Mamma* pro matre. Vide Pers. Sat. 3.

Lamina. à *latitudine* dicta, quod metalli frustum latum & explicatum significat.

Lampas. ἀπὸ τῦ λάμπειν, quod est *splendere.* Lampida cursu tradere. Vide Pers.

Lampetra. Piscis genus, à *lambendis petris*, dictum.

Lampyris. Vermiculi genus, noctu lucens, *ignium modo.* Ab aliis nitedula vocatur, & noctiluca.

Lana. à *laniando.* Nam veteres lanam vellere solebant, quam nos scindimus. Unde, à *vellendo vellus,* dictum. Alii à *levitate*, h. e. mollitie lanam derivant.

Lancea. à *ferri latitudine* dicta. Alii à Gr. λογχὴ derivant.

Lardum. quasi, *largè aridum,* dicitur. hinc apud Plaut. *laridum.*

Larvæ. Noxiæ Inferorum umbræ, à *laribus* dictæ. sic larvati furiosi dicti, quasi à *larvis exterriti.*

Laterna. à *latendo,* quod lumen in eâ inclusum habeat.

Latex. ab eo dicitur omnis humor, *quod intra aliquid lateat.*

Latomiæ. vel latumiæ, à Græcâ sunt origine. Quibus lapis est λᾶας & τόμος sectio. Latini *Lapicidinas* vocant.

Latrina. à *latendo,* sive *lavando.* Antiqui *lavatrinam.* dixere.

Latrones. Authore Festo, sunt dicti, quod à *latere* aliquem adoriantur Vel à *latendo,* quod latenter alicui insidiantur. Græcis ἀπὸ τῆς λατρείας, quod serviant mercede. Vel quasi *Laterones* quod regis lateri adsisterent.

Latus Clavus. tunica erat purpureâ prætextâ, latior tunicâ vulgari, quâ Senatores utebantur. Hinc Laticlavii & Augusticlavii. Vide Romuli notas ad calcem.

Lautitia. Epularum magnificentia, à *lavatione*, quod apud antiquos elegantiæ, quæ nunc ſunt, non erant, & raro quis lavabat.

Lautitia, orum. ait Dudæus, ſunt, quæcunque ad lautitiam & elegantiam cultus & menſæ pertinent.

Laus. aliqui hoc derivant ab antiquo Æolico, *λαύω* : cujus compoſita remanſerunt, *ἀπολαύω, παραπολαύω.* Alii *ἀπὸ τοῦ λαοῦ*, quod laus ſit populi conſenſus.

Laureata epiſtola. à *Lauro* dicta, quod Imperatores, poſt victoriam, literas, quas ad Senatum mittebant, lauro redimirent. Hinc Perſius : *Miſſa eſt à Cæſare laurus.* Laurus enim ſemper viret, Apollini eſt ſacra. Quod is Deus ſemper Juvenis.

Lectus. quaſi, *lectis herbis* & frondibus ſit congeſtus; quod valde nos ad ſe trahat. Alii à Gr. *λέκτρον*, quem nos lectum vocamus. Olim lectos habebant in tricliniis, in quibus decumbentes cibos capiebant. Quos ab uſu *diſcubitorios* & *triclinarios* vocabant. Vide Examen Philolog.

Lectiſternum. à *lecto* & *ſterno*. Nam apud antiquos ſacrorum gratia lecti ſternebantur, ad diſcumbendum prope Jovis epulum. In Capitolio tribus ſtratis lectis convivium apponebatur, tribus Diis : Jovi, Junoni, Minervæ. Jupiter h. e. Jovis ſimulacrum ſtatuebatur in lecto recubans. Juno & Mi-

nerva

nerva in sellis confidebant. Appositis epulis, non Dii, sed Epulones fruebantur.

Legatum. donatio à defuncto relicta, sed ab hærede præstanda. à *Lege* dictum. Alii à *legendo*, quod quasi delibatio dicatur. quæ autem delibantur & decerpuntur, ea leguntur.

Legio. à delectu militum dicta. Ideo, quod *legionis* milites viritim *legi*, h.e. *eligi* solebant.

Legumen. à *legendo.* Est enim quicquid ex terræ satis in siliquis nascitur.

Leno. ab *alliciendo*, quod adolescentes alliciat. Vel à *leniendo*, quod leniendo adolescentium animos corrumpat.

Lens, tis. genus leguminis est, dicta ab adjectivo, *lenis*, quod ea qui vescantur lenes ac moderati fiant.

Lepus. à *celeritate*, quasi levipes.

Lethargus. Inexpugnabilis somni necessitas, cum alienatione mentis, à Gr. λήθης, ab oblivione. Nam in eo morbo omnium rerum oblivio.

Lethum. Priscianus ab antiquo leo, quod veteres, pro *deleo*, sumebant. Apulejus, à *luo*. Alii ab adjectivo *lætus*, per antiphrasin.

Leucopygi. Molles & effæminati, quasi *candidis natibus*: quibus opponuntur *melampygi*, h.e. fortes & viriles, quod nates bene pilosas habeant.

Lex. sic dicta, *quod publicè legatur*, ut sit omnibus nota.

Liber.

Liber. propriè eſt corticis genus tenuius, quod in Philyras plures poteſt dividi, ut papyrus in Ægypto.

Levana. Credita Dea, quæ de terra levat infantes.

Libido. Sic viris ineſſe tantum dicitur libidinis uncia. At fœminis unciæ XI.

Libamina. Hæc Ovid. à Libero Patre derivat. Nomine ab authoris ducunt libamina nomen. Sic & *Liberalia* ab eodem. quia Sacerdotes Bacchi hedera coronati libis & foculo ſacrificarent.

Libitinarius. à *Libitina Dea*, Cujus in æde ſervabantur ea, quæ ad pompam funebrem neceſſaria. Habebant Libitinarii domi ſuæ ſervos, quorum operâ utebantur, ad pollincienda, h. e. abluenda, ungenda, conſuenda corpora. Quos *pollinctores* vocabant, à poliendis cadaveribus.

Libo. leviter deguſto. à Græc. λείϐω, hoc eſt, *labiare.*

Libripens. à *librâ* ænea dictus, quâ utebatur libripens ad pendenda, h. e. ad ponderanda ſtipendia. Unde adhuc dictæ *Impenſæ & Impendia.*

Librilla. Inſtrumenta bellica, ſaxa ſcil. ad brachii craſſitudinem, in modum flagellorum loris revincta. Unde quaſi dicta, *quod librari manu*, h. e. ponderari videbantur.

Licia, orum, ſunt fila, quibus in telis textrices

trices implicant ſtamina. hinc Poëta, *Terna tibi hæc primum triplici diverſa colore Licia circumdo.* Hinc dicimus, *veſtem trilicem*, quæ ex tribus conſtat liceis diverſi coloris.

Lictor. ab antiquo *ligo, ici, ictum*, pro quo jam ligare, habemus.

Lienteria. fluxus ventris, *ex levitate inteſtinorum.* λεῖον Gr. leve dicunt, ἔντερα, inteſtina. hoc morbo qui laborant, *Lienterici* dicti.

Lignum. à *legendo*, quod ligna caduca in agris legebantur.

Ligurio. dictum ἀπὸ τοῦ λιγυρῦ, quod Græci, *ſuave*, dicunt. Eſt enim ligurio, ſuaviſſima paulatim deguſto, h.e. cum quâdam morâ atque elegantiâ comedo.

Limentinus. Deus limini præfectus, ut Forculis foribus, & Cardea cardini.

Limes. à verbo antiquo Limo, quod tranſverſum & obliquum ſign. unde dixit Feſtus: Limites & terminos & vias tranſverſas ſignificare.

Liburnum. à Liburnis populis. Eſt ſpecies navis. apud Iuvenal. ponitur pro magna lectica. *Ingenti curret ſuper ora Liburno.*

Lingua. à *lingendo*, quod ejus miniſterio lingentes utantur. Alii à *linguo vis.* Alii à *ligo*, quaſi liget verba & voces, vel à *lædo*, quod dentibus illiditur & vocalem facit.

Liptote.

Liptote. Est Figura grammatica, ex λείπω, deficio. quod ex incuria typographorum videtur positum pro, *litote.* λιτότης, vox Græca, quæ simplicitatem & tenuitatem significat. Quale hoc Virgil.

Non ignara mali miseris succurrere disco.

Hîc, Non *ignara mali*, dixit pro eo, quod est, in malis magnoperè exercitata.

Lirare. Est *liras facere*, ut in sulcos, ex porcis, aqua defluat. quod fieri solet tertiâ aratione. *Lira*, est sulcus, sive fossa recta in agro, in quam terræ uligo confluit. hinc, delirus & delirium.

Lis. à *Limine* dicta, quod primæ inter homines lites de liminibus fuerint.

Littera. Ab aliquibus, *legitera* dicitur. Ideo, quod *legenti quasi iter præbeat.* vel quod in legendo *iteretur*, vel à *Lino*, quod, cum scribitur, leviter chartæ illinitur. h. e. inducitur.

Lithiasis. Calculi generatio in vesicâ à gr: λιθιάω, quod est, *calculo laboro.*

Lito, as. sacrificio facto Deos placo, votumque impetro. verbum à precibus dictum, teste Festo, quas Græci λιτὰς vocant.

Littus. ab *alluendo.* Est propriè, terra mari adjacens, quæ fluctibus *alluitur.* vel ab *alludendo*, quasi ibi litabantur hostiæ.

Lixæ. ab antiquo, *Lix*, quod cinerem significat. Lixæ enim erant, qui quæstus vilioris gratiâ

gratiâ caſtra ſequebantur. hinc *elixum*, quod aqua coctum. *Lixæ* enim lavandi & coquendi gratiâ aquam circumferebant. hinc, *Lixivia*, aqua dicitur, in quâ decoctus eſt cinis lavandi gratia.

Lobis. Gr. λοβὸς. ima auricula, ἀπὸ τοῦ λαμβάνειν, ab *apprehendendo*. Eo quod eam apprehendamus, quando aliquem admonemus. Sic Poëta aurem alicui vellere.

Locuples. dicitur quaſi, *locorum plenus*. Ut, Piſones dicimus, à pinſendo, & pilumnos quod pilum piſtrinis invenerint: ſic veteres dicebant locupletes, loci h. e. agri plenos. ſic *locuples autor & teſtis*, dicitur, tabellarius, de cujus fide nemo dubitare poteſt.

Loligo. piſcis genus, à *volatu* dictum, quaſi *voligo*.

Longurius. à *longitudine*. pertica longa quæ ſepibus hortorum trajici ſolet. ſic hominem æquo majorem, *Longurium* dicimus.

Lorica. Dicta à *loro*. Quod antiquitus, Teſte Varrone, pectoralia ex crudo corio fiebant. Vide *Ægis*.

Lorum. apud antiquos dicebatur *lauro*, à lauro triumphatorum. *Lorarii* erant, qui ex conſervis aliquem, juſſu Domini, loris vinciebant. Ut nos *lictores* dicimus.

Lotium. à *diluendis corporibus* dictum. Eſt enim totius corporis lotio. Hinc. Sueton. in Veſpaſ. *Reprehendenti filio quod & urinæ*

urinæ vectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admovit ad nares, sciscitans, num odore offenderetur? At illo negante, inquit, ex Lotio est.

Lotos. Dicta à *Lotide* Nympha, quæ priapum fugiens in eam arborem fingitur mutata.

Lucæ Boves. sive Lucanæ, dictæ sunt *elephantes*: eò quod in Lucaniâ primum visi sunt. Eo quidem tempore, quo Pyrrhus Romanis bellum inferebat. Dicti boves, quod Itali ad ea usque tempora majus animal non noscerent, qua boves.

Lucanica. genus farciminis ex carnibus porcinis. à *Lucanis* populis primo inventum. hinc Poëta Martial.

Filia Picenæ venio Lucanica porcæ.

Lucaria. à *Luco* dicta sunt, festa, quæ in Romuli luco fiebant. Quod erat inter viam Salariam & Tibrum, eo quod victi à Gallis, fugientes è prælio ibi sese occultaverant.

Lucus. Nemus arboribus densum, Deo alicui sacrum, per Antiphrasin, à *luceo* dictum, quod minimè lucebat. Alii, à *lumine* crebra sacrificiorum lucum appellant: Quæ nocturno tempore illic fiebant.

Lues. à *lavando*, ut Festus, quod omnia, quæ corripuit ad nihilum usque diluat. Alii luem à Græco λύειν derivant, quod omnia planè dissolvat.

Lugeo. à Gr. *λύω, ſolvo*, quod continuo luctu vita hominis ſolvatur.

Lucetius Iupiter. Deus habitus, quod *Lucis* eum crederent *authorem*.

Luma. ſpinæ genus, dicta, quod agricolæ eam è terrâ luunt, h.e. ſolvunt. hinc Lumeta, loca Lumis plena, ut vult Varro.

Lumbrici. vermes terreni, à *lubricitate* dicti.

Luna. à *lucendo*, quod noctu ſola luceat.

Lunatici. dicuntur, qui furore laborant, ſed per intervalla recurrente. Quod inde dicitur, quod iis hoc malum familiare eſſe ſoleat, qui ipſo interlunio nati ſunt.

Lunaria. Certa herba quæ creſcente Lunâ, unum quotidie folium producere ſolet. decreſcente deponere, & ante annos utenti promittere lunares.

Lupinus. & num. à *lupi natura* dictum, quod non minus terram appetat, voraxque illius ſit, quam lupus. Dicitur ſui circumactione agricolis horas etiam nubilo die oſtendere.

Lupus. Piſcis dicitur voraciſſimus, ſtercorum ac latrinarum avidiſſimus. hunc Romani olim omnibus piſcibus prætulerunt eoſque præſertim, qui in Tiberi inter duos pontes capiebantur. Quos liguritores & *catillones* vocabant.

Lupatum. pro fræno aſperrimo ſumitur. Luporum enim dentes ſunt inæquales, quare etiam

etiam ipſorum morſus eſt aſperrimus.

Lupa. pro meretrice aliquando ſumitur. Quod ut lupa cibis, ſic hæc libidini dedita ſit.

Luſcinia. Quæ & philomela dicitur, ſic dicta, quod *lugens canat ante lucem*.

Lux. ἀπὸ τῆς λύκης. Quam veteres Græci appellant primam lucem, quæ procedit ſolis exortum.

Lyceum. Sive Lycium. quod aliqui deducunt à Lycio Pandionis filio. alii ab Apolline Lycei præſide, qui dictus à Gr. Lycius. Alii à Lupo ſacro Apollini, cujus ſignum in Lyceo fuit. alii ἀπὸ τῆς λύκης, à luce. ſive propter doctrinæ lucem, quam inde percipiebant ſtudioſi, ſive quod clariore eſſet locus, & plus lucis haberet, quàm alia loca.

Lycius. παρὰ τὸ λευκαίνεσθαι πάντα φωτίζοντος τοῦ ἡλίου, quod omnia albeſcant ſole illuſtrante. Epitheton Apollinis.

Lychnus. idem quod lucerna παρὰ τὸ λύειν τὸ νύχος, quod tenebras ſolvat.

Lympha. dicitur, quaſi *Nympha*, aquarum Dea. *Lymphatici*, furioſi, quaſi Lympharum aſpectu in furorem verſi. Creditum eſt ab antiquis, qui in fonte ſpeciem quandam h. e. imaginem Nymphæ vidiſſet, furore corripi.

Lyra. Quaſi *Lytra* dicta, propterea, quod Apollini à Mercurio pro Boum compenſatione data, quæ antea dicta chelys.

M.

M*Acellum.* locus Romæ, quo venalia omnia, quæ ad victum humanum pertinebant, contrahebantur Varro & Festus à *Macello*, homine improbo, qui in urbe latrocinium exercebat, quo damnato, Censores, Æmilius & Fulvius censuerunt, ut in domo ejus obsonia venderentur, redactis in ærarium ejus bonis.

Machina. Græcè μηχανή. παρὰ τὸ μῆδιν, inveniendo, aut sapiendo. Eustathius derivat ἀπὸ τῦ χαίνειν, quod hiscere aliquem non sinat. Nonnulli παρὰ τὸ μηχανᾶν, h.e. moliendo, cogitando. Græci quoque, teste Lipsio in Poliorceticis, machinas quoque μάγγανα, μηχανήματα vocant.

Mœnades. Bacchicæ mulieres. ἀπὸ τῦ μαίνεσθαι, quod est furere. Mœnoles Bacchus, Græcè μαινόλης, totius furens.

Mœnalus. mons Arcadiæ. ἀπὸ τῶν μήλων. h.e. ovibus.

Mæniana ædificia. à Mænio dicta, qui primus ultra columnas extendit tigna, quo ampliarentur superiora. *Festus.*

Magistratus. à magistro, h.e. rego. ut quoque Festo placet. De Magistratibus Consule Dionem, Polybium, Plutarchum, Dionysium, Livium, &c.

Malacissandus. h. e. mollior reddendus. *malacia,*

cia, mollities. μαλακίζειν & μαλάοσειν lenire, mollire.

Macrocola. chartæ longiores sunt, quas nos hodie vocamus regias. ἀπὸ τοῦ μακροῦ καὶ κώλου. quasi longum membrum. sic, *Protocolon*, prima est charta, in quâ Notarii acta sua breviter delineant.

Macteæ. à Gr. μάζαι. *pretiosa sunt edulia.* hinc Sueton. *Multas venatas macteas misit.*

Mactus taurus. à macto, id est, *magis aucto*, hostia, *vel augeo.* Igitur mactus taurus dicebatur thure vel vino cumulatior. *hostia* quasi magis aucta.

Magmata. ἀπὸ τοῦ μάττειν. id est, *redigere in massam* idem quod pastilli.

Magnes. ab inventore *Magnete*, secundum aliquos. Inventus hoc modo: hic cum pecus pascens pedum haberet fortè ferratum, & crepidas ferreis clavis compactas, animadvertit lapidem hunc ferro adhærescere. Vide plura in Fungero & Physicis.

Magus. dictio Persica, qua idem significatur, quod sapiens. sic Græci sapientes suos *Philosophos*; Galli *Druidas*; Ægyptii, *Prophetas*; Indi *Gymnosophistas*; Assyrii *Chaldæos*, vocabant.

Majestas. dicta *à magnitudine imperii.* Honoris, & Reverentiæ filia. Hinc Ovid.

Donec honos placidoq; decens Reverentia vultu
Corpora legitimis imposuere toris.

Hinc

Hinc sata Majestas, quæ mundum temperat omnem
Quaque die partu est edita, magna fuit.

Majus. apud Romanos *à majoribus* dictus, ut *Iunius,* à Junioribus.

Malus. arbor, à Gr. μῆλον, quod malum, sive pomum significat: hinc *melunela.* Genera pomorum sunt, Persica, Medica, Matiana, Appiana, Sextiana, Amerina, Pelusiana, Serica, Rosea, Epirotica. Vide Hadr. Jun. Ibidem de Musteis, Strutheis, Chrysomelianis, Spadoniis.

Manillæ. quasi *parvæ malæ,* quæ rotundæ.

Mando. quasi *Manundo,* quod in dandis accipiendisque mandatis manus sibi invicem dari mos erat.

Mane. quod aliis deducitur à *mano,* bono. aliis à *manibus.* quod ab his exordium lucis. ab Inferis scilicet.

Manius. Festo Pompejo, qui mane natus. Sic *Hospes,* qui peregrè apud hospitem erat natus Sic *Laërtii,* à Locibus. *Statii,* à stabilitate. *Tullius,* ominis gratiâ, à tollendo. *Anci,* à Gr. ἄγκων, cubito. quod habuerit cubitum vitiosum. Sic *Tiberii,* quod ad Tiberim nati. *Servii,* qui mortua matre in utero servati.

Margarita. quod in conchis marinis reperiatur, ex rore cœlesti certo anni tempore haustọ producta. à Tertulliano, maris pomum

mum dictum. In specie dicti uniones. quod unio unus nascatur. Sed Ælianus aliique contradicunt. meliores sunt Margaritæ candidæ. Nomina earum sunt *Asterites, Galactites, Selenites. Chalayas* grandinis colorem præ se ferens. Notum de Cleopatra, quæ auribus unionem gerebat singulare naturæ opus, quem, spectante Antonio, liquefactum aceto absorbuit.

Maritus. Sparge marite nuces. mos fuit ut novi mariti pueris spargerent nuces, ut Iovis omine celebraretur matrimonium. Erant enim nuces in Iovis tutelâ. dictæque juglandes, quasi Iovis glandes.

Mancipium. Homo manu captus. hinc mancipio dare, & accipere. h. e. Rem ita dare vel emere, ut nos præstaturos evictionem spondeamus. *sui mancipii esse*, h. e. nullius dominio subesse.

Manes, ab antiquo adject. *manus*, quod bonum significat, sed manes, quasi minime boni. His mense Februario sacrificia expiatoria fiebant.

Manicæ. vincula, quibus *manus* vinciuntur.

Mangones. dicti à Gr. *μαγγανίζω.* i.e. compono rem ad alliciendos emptores. sic Oratio *manganizata.* Et apud Sueton. *Mangonicos quæstus* legimus. *παρὰ τὸ μάγγανον*, quod inter alia significat præstigias, & fallacias.

Manipulus. Dictus, à Varrone, quod *plures militum*

litum manus jungantur in manipulo. Servius: Esse signiferos, quod imperante Romulo, *manipulo herbæ hasta alligato*, pro signo uterentur. Hinc Ovid.

Pertica suspensos portabat longa maniplos.
Vnde maniplares nomina miles habet.

Manalis lapis. à *manando* dictus. ostium Orci, per quod animæ miserorum ad superos manant. Etiam petram appellant, quam Romani, propter nimiam siccitatem in urbem pertrahebant. Exinde pluviâ oborta. Qui quod aquis manaret, manalis lapis est dictus.

Mantiscinatus. fictum à μάντης, & cano. h. e. nisi compereris, me verè vaticinatum, funde me castigato.

Mantelium, & mantele. à *manu & tela*, quasi mappa à manibus tergendis.

Manus. dicta à *manando*, quod ex brachiis manat, vel quod ex eâ manant digiti.

Mare. ab amaritudine.

Marmor. παρὰ τὸ μαρμαίρειν, quod splendescere & scintillare significat. Omnium candidissimum *Parium*, à Paro insulâ.

Mars. per syncopen dictus à Mavors. Et *Mavors*; quod magna vortat. Alii à Gr. ἄρης, aut à Latino *maribus* derivant, quod maribus in bello præest. Nonnulli à *morte*.

Matrimonium. quod matrem moneat; vel à

matrisonere. à monendo, quod mulierem matrimonium moneat ad nubendum. *Matris* & *Matronæ* distinctionem vide in Exam. Phil.

Mathematicus. à Gr. μάθημα, quod disciplinam significat. propria enim Geometria, Musica, Arithmetica, quæ dicuntur constare scientiâ & demonstratione: cum aliæ partes Philosophiæ magnâ ratiòne & speculatione consistant.

Mediusfidius. Quasi dicas: *ita me Iovis filius amet.* quia Græci dicunt διά, quem nos Iovem.

Medulla. quod *in ossibus media* sit.

Megalesia. ἀπὸ τῆς μεγάλης μητρὸς. *Ludi magni* dicti, quod magnis impensis sunt dati. vel quod *Magnæ Deûm matri*, Cebeli, sint sacri: Megalenses Ludi Iuvenal. *Et Megalesiacæ spectacula mappæ* Vide *Circus.*

Melancholia. quasi diceres, μέλαινα χολὴ, nigra bilis, cholera. cholerici.

Mendacium. à *menda*, errore, vel à *mente* & *dico. mentiri*, contra mentem ire.

Mensenterium. μέσον medium. ἔντερα intestina. Gaza vocat lactes. Hinc Plautus, *Laxis lactibus* dixit. Lactes, à colore lacteo.

Mens. Quasi *eminens*, princeps animæ facultas. vel ἀπὸ τῆς μήνης, Luna. quod ut hæc crescit & decrescit, sic mens hominis varia.

Mensa. Quasi *mesa*, quod quasi media inter

ter duos poneretur. De ritu Accumbendi lege Electa nostra Plautina, Scenâ 2. in Sticho.

Mensis. à *metior*, quasi res numero dierum mensa. Macrob. à Græco *μήνη*. à *Luna*: Nam Lunæ curriculo mensis conficitur.

Mentum. ab *eminendo*. à gula enim eminet.

Meretrix. à *merendo* dicta, quod mercede suam exerceat militiam, quæ & *prostibula*, à prostando. sive quod pro stabulis, h. e. ante diversoria soleat habitare. Sic & *scortatio Spiritualis* dicitur.

Mergus. Avis, dicta, quod se *in aquam immergat*, cibum captans.

Meridies. Quasi diceres *medidies*, vel medius Dies.

Meridianus. Græci *μεσημβρινὸν κύκλον* vocant, *διὰ τῶν πολῶν τοῦ ὁρίζοντος*.

Meracus. Idem quod *merum.* h. e. solum & purum. Hinc *vinum meracum*, quod nihil aquæ habet admistum. *Meracius bibere*, h. e. qui minus aquæ vino miscent. Contrarium, Dilutius, h. e. qui plus aquæ bibunt.

Mercurius. quasi *Medicurius.* currit enim inter duos loquentes media oratio. *ἑρμῆς*, ἀπὸ *τοῦ ἑρμηνεύειν*, interpretari. Hinc *Hermophrotide.* Vide, *Hermæ.*

Meteora. quæ in sublimi generantur loco, h. e. in aëre. Nam *μετέωρον* est Græcis suspensum, sublime.

F *Merula.*

Merula. Avis sic dicta, quod *sola volet*, & solitaria pascatur, quasi *mera volans.*

Meta. sic dicta, *quod eam metiantur* quadrigæ circumcurrentes.

Metallum. est quævis materia dura, quæ è terræ visceribus effoditur. ex μεταλλάω, scrutor ut aurum, argentum, stannum, &c.

Mica. est pulvisculus, qui in arenâ, ut argentum fulget. hinc mica panis. Et omnium rerum frustula micæ vocantur, quia tractantibus nobis aliquam rem, inde quasi emicant.

Miles. à militia, h.e. *duritia* appellatus, quam scil. pro repub. sustinet. Aut à *multitudine*, aut à *malo*, quod arcet. Aut à *mollitie*, per contrarium, vel à *mille* quasi millesimus quisque. Vide *Examen Philologicum.*

Midas. quasi μηδὲν ἴδων, nihil videns, aut sciens. Cujus aures Apollo, ob nimiam stoliditatem, convertit in asininas.

Milium. genus frugis *à mille* dictum, propter multitudinem granorum.

Milliarium. Est mille passuum spatium, cujus octava pars stadium vocatur, passus continens c. & xxv. Passus ex quinque constat pedibus, singuli pedes ex quatuor palmis, singuli palmi ex quatuor digitis.

Milvus. Dictus à *molli volatu.*

Minerva. à *minuendo*, quod vires studiosorum minuat.

minuat. vel à *minando*, quod minetur dura & aſpera. Vide *Athenæ*. Hinc & *Pallas*.

Mimallones. Bacchæ mulieres. à Mimante Thraciæ monte. vel à μιμέομαι, imitor, quod Liberum patrem imitarentur, & ad ejus imitationem cornua ferrent. Hinc Perſ. *Torva mimalloneis, &c.*

Miracula. θαύματα. quod homini incutiant ſtuporem. Alias τέρατα, h. e. portenta. Σημεῖα ὅτι τὰ μέλλοντα σημαίνουσι, quod ſignificent futura. à *mirando*.

Mitio. ut in Terentio. ἀπὸ τοῦ μικκοῦ. unde & μικκύλος, quod omnia in eo exigua, ac depreſſa.

Mœchus. ex Gr. μοιχὸς, adulter. μοιχεύω, adulteror.

Mœnia. à *muniendo*, quod muniant civitatem.

Mola. à *movendo*, ſecundum aliquos. quod ad omnes ventos ſit mobilis. alii à Gr. μύλος vel μύλη. ſuntque variæ, ut aſinariæ, olea-riæ, aquariæ, frumentariæ, truſatiles, manuariæ. *Mola mulieris*, quæ eſt rudis indigeſtaque moles. quod referat characterem lapidis molendinarii, cui & tardo motu ſuo reſpondet. Galenus ait, nunquam illam in virgine deprehenſam. Vide Medicos.

Monachus ἀπὸ τοῦ μονάζειν, quod ſolus agat. vel quod ſolus triſtitiam habeat. ἄχος, luctus, quo contabeſcit, quando mundo repudium miſit.

Monasterium. olim qui in his agebant, dicti ἀσκηταὶ, ab operum exercitatione. ipsa vero monasteria dicta σεμνεῖα, à gravitate vitam ibi degentium. utque à mundo remotiores vitam Deo & cœlo dignam agerent. Verè *Cælibes,* h.e. cœlo digni.

Moneta. Quod *nos moneat* signi impressione, vel auctoris. *Dea Moneta* apud Romanos, quæ conturbantibus Gallis Senonibus, monuit adesse hostem. Iuvenal. Sat. XI. *Et vox nocte ferè media, mediamque audita per urbem Littore ab Oceani Gallis venientibus.*

Monile. sic dictum, quod gestantem *virtutis admoneat.*

Mons. ab *eminendo,* quod eminens quasi dictus.

Monstrum. à *monstrando,* quod aliquid significando demonstret.

Monumentum: teste Varrone, à *monendo,* quod ideo monumenta secundum viam sint, & prætereuntes admoneat se fuisse mortales.

Morio. μωρὸς ὥς μὴ ὡρῶν. nihil videns. vel, quod moriones, homines vani, morosi. præcipites, in consiliis & factis. vecordes, instabiles. Vel à *morari,* quod hoc stultorum & morionum sit proprium.

Mors. ab amaritudine Isidoro. Alii à *Marte* deducunt, qui est mortis effectus. vel à *morsu* primi hominis, quo mortem meruit. vel à *morâ.* quidam ἀπὸ τῆς μοίρας, fato.

Momus.

Momus. Deus nocte matre & somno patre progenitus. Græcis reprehensionem significat. Hic aliorum Deorum opera curiosis oculis contemplabatur, & si quid omissum aut malè factum, hoc summâ libertate carpebat. ῥᾷον ἐστὶ μωμεῖσθαι ἢ μιμεῖσθαι, Facilius quid ridere, quàm imitari.

Mordices. Sic Plaut. Asini me *mordicibus* scindant, boves incursent cornibus, quod non pro morsibus, sed dentibus sumendum.

Morus. à *mora*. id est, tarditate: Nam postrema omnium arborum floret. Quare prudentissima arbor dicta.

Mostellaria. à monstris dictum, unde & mostellum. Nam apud Plaut. senex à servo quasi manium monstris exterretur.

Mugonia. urbis Romæ porta, à *mugitu* dicta, quod per eam venale pecus intraret. Quæ & Trigonia appellata, ab angulorum trium forma. Festus à quodam *Mugio* dictam putat, qui huic portæ præerat.

Mulier. dicta à *mollitie*, quasi *mollier*.

Mulsum. à *mulcendo*, molliendo, eo quod vini austeritas mellis dulcedine molliatur.

Munus. alias pro onere, pro officio, pro domo, pro spectaculis publ. sumitur.

Municipia. à capiendis muneribus dicta. Dictæ civitates suo jure ac legibus utentes. Muneribus tamen pop. R. & honoribus fungentes.

Murcia. Desidiæ Dea. quod hominem redderet murcidum, h. e. desidiosum.

Muria. à *mari* creditur descendere. aqua salsamentorum.

Musæ. Quidam derivatas volunt ἀπὸ τοῦ μύεσθαι, quod arcanum habeant. Hinc mystæ & mysteria. Plato dictas vult, παρὰ τὸ μαιῶσθαι, quibus inventio attribuatur. juxta Phurnutum, ἀπὸ τῆς μώσεως, inquisitione. Pluribus de his egimus in *Examine Philologico.*

Mustela. ex mure & τηλοῦ, quod *longè* significat. quasi *longum* dixeris *murem.* quod Isidoro placet. Dimicare dicitur cum basilisco, & osseo genitali est prædita, quod præsentaneum stranguriæ est remedium, si rasum & tritum. Teste Aristotele.

Mutus. à *Mugiendo.* quod etsi loqui non possit, in aliquem tamen quasi *vocis mugitum* prorumpit.

Mutuum. Quasi diceres, *de meo tuum,* vel quia res mutantur.

Mycenæ. Urbs Peloponesi. ἀπὸ τοῦ μύκητος, h. e. capulo gladii: qui Perseo eo loco exciderat.

Myrmidones. ἀπὸ τῶν μυρμήκων, à formicis, quia in Ægina insula, omnibus incolis morbo absumptis, Æacus optavit tot sibi socios, quot erant in arbore fico formicæ. Et mox illæ, exauditis à Jovis precibus,

cibus, in homines mutatæ. *Fungerus.*

Myſteria. ſacra arcana quod ea, δεῖ μύσαντας τηρεῖν ἔνδον, intus oporteat occludere. Vel ἀπὸ τοῦ μύειν τὸ στόμα, ab obſignando ore.

N.

NApææ. ἀπὸ τῶν νάπων, h. e. locis, quæ ſunt conſita arboribus. Quare & Florum & herbarum deæ dictæ.

Narciſſus à νάρκη, quod ſtuporem ſignificat: Nam odor ejus caput aggravat.

Nares. quod per eas ſpiritus, vel odor *nare non deſinat.* vel à Gr. ῥῖνες per inverſionem literarum. Ῥῖνες, proprie ſunt naſi latiores partes, in quibus ſpiracula ſunt, à *naritate,* ſive *gnaritate*, quod nos adoratu gnari rerum fiamus. Homo emunctæ naris.

Naſiterna: genus vaſis aquarii, à *tribus naſis,* ſive anſis ſic dictum. Juvenal. *Siccabis calicem naſorum quatuor.*

Nates. à *nitendo.* quod corpus firmioribus iſtis partibus nitatur.

Navis. ἀπὸ τοῦ νάειν, fluere. Iſidorus ideo dictam ſic putat, quod gnavum & ſapientem quærat rectorem. *Naupegus.* ἐκ τοῦ ναὸς, navi. in nominat. ναῦς.

Naxos. Inſula maris Ægæi, ἀπὸ τοῦ νάξαι, ſacrificando. vel ἀπὸ τοῦ νάξου, cognomine Bacchi.

Nænia. Soricina nænia est vox, quam emittit sorex, quæ sæpe ad illam vocem confoditur, illique pro nænio quasi est.

Nebulones. Dicti quod mendaciis suis & astutiis *nebulam* quandam & tenebras *objiciant*. aut, quod non pluris sint, quam *nebula*.

Nebula. ab *obnubendo*. alii à Gr. νεφέλη, nubes.

Nectar. à Gr. κλείνω, hoc est, occido, quod sit potus immortalium, nec occidat. vel à νὴ privat. & κλῶ, tanquam ἄκτητον, quod nullius mortalis esset κλέαρ, possessio. Alii volunt νεοκτέαρ, quod juvenum velut possessio sit. quod qui inde bibunt, fiant juvenes. Sic Nectar diceretur quasi Neoctar: ἀπὸ τοῦ νεονέχειν, quod juventutem contineat.

Necromantia. vel Necyomantia. Græcè, νεκυομαντεία, ἡ τῶν νεκυῶν μαντεία. divinatio ex mortuis solenni ritu invocatis.

Nefarius. à *farre*, quod non dignus, qui farre vescatur. Alii à *fari* derivant, quod nefarium adeò sceleratum sit, ut *ne fari de eo liceat*.

Nemo. à *ne*, & *homo*, ut aliqui. οὐδείς. nam de solis dicitur hominibus.

Nemus. ἀπὸ τοῦ νέμειν, hoc est, pascendo; sive quod nemoris glandibus homines olim victitarent.

Nephalia. sobriorum festa erant, in quibus

non

non vinum, sed aqua mulsa libabatur. Græci Νιφαλίες sobrios vocant.

Nemo. quasi à *Ne* & *Homo*: pro nemo omnino.

Nequam. ex *ne* & *quicquam*, ut aliqui. Ut nequeo sit idem, quod nihil queo.

Neptunus. à *nando* Varroni, à *nubendo*, quod nubat & operiat terras. ut à verto, *Vertunus*, & à portu, *Portunus*: sic à νίπτω, lavo, abluo, *Neptunus.* Græcis dictus ποσειδῶν, quod pedibus terram quatiat. πῦς, σείω, δῆ, pro γῆ.

Nereus. à νήχω, urinare. vel ἀπὸ τῦ νεῖσθαι, à *natando*, quod per ipsam mare natemus.

Nidus. à *Nidore*, quod mala odore sint avium cubicula.

Nilus. à novo limo, quem eluvie suâ quotannis invehit. Νέα ἰλὺς, novus limus. Martinius νεὸν λαῖον, seu λήϊον, quod nova arva invehat. vel quasi *notamen*. Aut à Græco, ὄνομα.

Nimbus. παρὰ τὸ νέφος, quod & Gr. nimbum significat.

Niphates. Armeniæ mons, in quo Tigridis fontes. ἀπὸ τῦ νίφειν, nivium perpetuo casu.

Nitrum. ἀπὸ τῦ νίζειν, quod habeat purgandi facultatem.

Nixii Dii. qui parientium nixibus præsunt. *Festus.*

Nocturus. Deus noctis, qui pro Vespero & Lucifero ponitur.

Noctua. quod *oculis noceat.* Noctuas Athenas.

Nomen. Quasi, *Novimen,* ut Festus, quod notitiam faciat.

Nomades Asiæ populus. ἀπὸ τῦ νέμειν, h. e. pascendo. quod cum liberis & uxoribus palabundi agerent sub papilionibus, & indies novi pabuli causa mutarent loca.

Nonæ. quasi *novæ,* propter initium observationis. vel quod ab eo die, semper ad Idus novem dies putarentur. vel ad imitationem Thuscorum; qui Nonas vocabant nonum quemque diem, quo Regem suum salutabant.

Novacula. à *novando,* quod faciem eâ novemus, & quasi juniorem reddamus.

Novendum. novem dierum spatium. quod *Novendiale sacrificium* dicebatur, quod novem diebus continuis fieri solebat, ad expiationem prodigiorum.

Noverca. Ex Gr. νέα ἀρχὴ, quasi nova princeps.

Nox. à *nocendo,* quod oculis noceat. Hinc Bacchus *Nyctelius,* quod sacra ejus noctu celebrarentur. Dirarum hanc matrem facit Hesiodus. Græcis etiam dicitur εὐφρόνη,

φρένη, παρὰ τὸ εὖ φρονεῖν, à bene ſapiendo. Hinc proverb. *de nocte conſilium.*

Nubes. à *Nubendo*, quod obnubat ſolem.

Nugæ. à *non* & *ago*, quod nihil agant.

Numen. à *Nuo.* quod veteres pro volo uſurpabant.

Numus. ἀπὸ τοῦ Νόμου, à lege, quia cum antea permutatione mercium homines uti ſolerent, lege uſus numi introductus. Hinc *Numiſmata.* quaſi Nomiſmata.

Nundinæ. à *Nono die*, quaſi *novendinæ*. Cogebantur enim olim ruſtici octo dies in agris eſſe: Nono die urbem repetere ad mercatum, & Leges accipiendas.

Nuptiæ. à *Nubendo*, hoc eſt, tegendo, quia nova nupta, cum viro tradebatur, caput, præ pudore flameo obvolvebat.

Nux. à *nocendo*, quod ſatis noceat. Ovid. *Quoniam ſata lædere dicor.*

Nympha. Latine Sponſa. Antiqui putarunt aquarum Deas eſſe, quaſi Lympharum nomina. ἀπὸ τοῦ ἀεὶ νέας φαίνεσθαι, quod ſemper juvenes appareant.

Nyſæus. Bacchus dictus, quod ad furorem ſit ſtimulus. eſt enim νύσσω, pungo.

O.

OBba. Poculi gemis à verbo *obbibo*, vel à Gr. *ὀβὴ*, quod tribum sive túrbam significat. *ὅτι τῇ τύρβῃ πίνειν ἐν συμποσίοις ἐξεδίδοτο.* Persius: *Vejetanumque rubellum, Exhalat rapidâ læsum pice sessilis obba.*

Obex. ab *objiciendo*, quia ceræ & januæ objiciuntur pessuli & obices.

Obiter. ex *ob* & *iter*. præter propositum quasi occurrens in itinere, aut quasi *per iter* in transitu.

Oblimo. & *ob* & *limus*. Limo, idem quod obduco vel limo repleo.

Oblitero. ab aliquibus dirivatur, à *littus*. Quod ibi notata à fluctibus ęquari; & tolli soleant. Alii ab *oblivi scor*, quod nihil aliud sit obliterare, quàm æternæ oblivioni tradere. Alii ab *oblinendo*, quod delere significat.

Obnoxius. ab *ob* & *noxius*. Noxius, à *noxia*, aut noxâ. hæc à nocendo.

Obscœnus. Ab aliquibus à *cœno* deducitur. Ab aliquibus à *canendo*. Varro, à *scena*. Festus, ab *Oscis*.

Obscævo. Plaut. *Non illic obscævavit meæ falsò fallaciæ*. h.e. malam Scævam, sive omen obtulit.

Obsecro. ex *ob* & *sacer*. quasi per sacra rogo.

Obstetrix. ab *obstando*, quod obsistat dolori vel fœtui.

Obstipo.

Obſtipo. idem quod objicio. Hinc *obſtipare verticem* dixit Plaut. quod eſt contorquere. Hinc Perſ. *Ærumnoſique Solones,*

Obſtipo capite, & figentes lumine terram.

Obturo. Feſtus, ex *ob* & θύρα. oſtium, Horatius.

Obturem patulas impunè tegentibus aures.

Oblucino. Idem quod Lymphare. unde Lymphatus & Lymphatici nummi. Illi, qui ſacros lucos frequentabant atque in illis multum verſarentur, deorum præſentiâ furore agitabantur.

Obſides. teſte Feſto, quaſi *ob fides*, qui dantur ad fidem patriæ præſtandam.

Obſonium. ab *obſono.* vel, or, emo ſeu præparo obſonium. Hinc Cic. obſonare famem ambulando. ὄψον propriè omne id, quo veſcimur. Veteres quoque militum cibaria vocarunt obſonia: quæ antiquiores vocabant τροφὰς. Latini ſtipendia, cùm numeraretur pecunia ad victum. Dicunt etiam Latini obſonare & obſonari.

Occa. ab *Occidendo,* quaſi hoc inſtrumento cædantur grandes terræ glebæ.

Oceanus. à celeri fluxu. ὠκὺς celer, τὸ νάειν, fluere. Thales rerum principium fecit aquam.

Oculus. ab *occulendo,* quod ciliorum tegumin ibus occulatur.

Ocymum. à Gr. ὠκὺς, quod ſignificat velocem, vel

vel propter celeritatem naſcendi, vel quod bobus alvum ciet.

Odeum. ᾠδεῖον. locus in ædibus cantibus deſtinatus, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς, h. e. à cantu.

Odor. dictus quaſi *olor.* ὀσμή. Metaphoricè, odor Dictaturæ, &c.

Oenophorum. vas ferens vinum. οἶνος vinum, φέρω, fero. Hinc *Oenophorus, Oenophylaces.*

Oedipus. ἀπὸ τοῦ οἰδούμενος τῶν πόδων. à tumore pedum. Vide de hoc latius apud Mythologos.

Oeſtrus. inſecti genus, horriſono ſtrepitu circumſonans, & bobus infeſtum. ἀπὸ τοῦ οἰστρεῖν, quod inſanire ſignificat.

Officium. ab *efficiendo* dictum, quod ſit illud, quod cuique ſit efficiendum.

Offuciæ. ſunt inania quædam rerum ſimulacra, quæ veluti præſtigiis oculis intuentium imponunt. Græcis dicitur φενακίζειν.

Olor. vox Latina. Etſi aliqui à Gr. derivatam putent. παρὰ τὸ ὅλον καὶ ὡραῖον, quaſi totus ſit pulcher.

Olus. ab *alendo,* quia ante fruges repertas homines oleribus veſcebantur. Varro, ab *ollâ.*

Olympus. Secundum Heſiodi interpretem dictus ὁλόλαμπος, totus ſplendidus.

Omen. dictum quaſi, *Oremen*, futuræ rei pronunciatio.

Omphacæum. ἀπὸ τοῦ ὄμφακος, h. e. ab uva acerba. hinc oleum.

Ompha-

Omphaceum. quod Galli vocant *Verdjus*, *Viride jus.*

Onager. ὄνος ἄγριος, silvestris asinus.

Opalia. sunt Festa Opi Deæ sacra, quæ Saturni uxor. Hæc mense Decembri paucis diebus ante Saturnalia celebrabantur.

Ophiasis. à Gr. ὄφις, h. e. serpens. Est vitium capitis in pueris, quod *instar serpentis* per caput serpit.

Opicus. à Pop. Italiæ, qui spurcæ libidinis erant. Juvenal. *Et divina Opici rodebant carmina mures.* Hic Mures Opicos dixit impuros & putidos.

Opilio, quasi *Ovilio*, & ut aliqui volunt *upilio*, ut ὔνομα pro ὄνομα.

Opimus. ab *ope*, vel, ab *opere.* quod sit opus egregium. ut *opimà spolia*, quæ Dux hostium Duci ipse detrahebat.

Opitulus Iupiter. dictus, quasi, *Opis lator*, in rebus dubiis.

Optio. Festus ait, is nunc dicitur, qui antea Accensus dictus: qui adjutor dabatur Centurioni à Trib. mil. Vegetius quoque dicit *Optionem* dictum, qui publica tractaret. Vide *Electa Plautina, in Casina Act.* 2. *sc.* 1.

Oppidum. ab *Ope*, sive *opibus*, aut *opponendo.* Est locus mœnibus conclusus.

Oppido. h. e. *valde multum.* Festus ait hoc verbum ex sermone confabulantium esse ortum, quantum quisq; frugum faceret, utq; multi-

multitudo significaretur: sæpe respondebatur, *quantum vel oppido satis esset.*

Opici. populi barbari & doctis carminibus infesti. Ὀπίζειν, de iis dicitur, qui imperitè loquuntur. Hinc alludit Juvenal. *Et divina Opici rodebant carmina mures.*

Ora. Cujusque rei extremitas. Quod aliqui dictum volunt, quasi *lora.* Nam oram solventibus bene precari solemus. Aliqui interpretantur, lora solventibus. Sed videtur rectius nauticum funem significare, quam ora.

Oraculum. dicitur, quod his inscit *Deorum oratio,*

Orbona. Dea fuit, quæ invocabatur, ne *orbos* faceret. Cujus ara conspiciebatur ad Larium ædem, teste Plinio.

Orchestra. ἀπὸ τοῦ ὀρχέομαι, h. e. saltando, quod in ea histriones populum gesticulatores saltando detinerent.

Orestes. ἀπὸ τοῦ ὄρεος, h. e. monte: quo ipsius vel monstrosa corporis magnitudo significatur, quod septem cubitos longitudine æquaverit.

Orexis. ab ὀρέγομαι, quod est appeto. *rabidam facturus orexim.* apud Juvenal.

Orgia. ἀπὸ τῆς ὀργῆς, à furore. Quia sacrificantes quodàm furore corripi videntur. vel ἀπὸ τοῦ θύειν ἐν τοῖς ὄρεσι, quod in montibus Diis sacrificarent.

Osculum.

Osculum. diminutiv. quasi, *parvum os.* Osculum officii. Suavium voluptatis. Basium pudicorum.

Oscillo. oscillorum ludum exerceo. Servius ab *os* & *cilleo* derivat. quod in hoc ludi genere *cillerentur.* id est, moverentur ora, Plaut. *Advenienti os oscillet probè,* h.e. os moveat, quasi probè ipsum pugnis percutiendo

Oscines. ab, *ore,* & *canendo.* Sic & *Oscitatio:* quasi *oris citatio.*

Ostentum. ab *ostendendo,* quod quid futurum ostendat.

Ostium. ab *obstando,* quod eo arcemur ingressu. Alii ab ore deducunt. Alii à Gr. ὠθεῖν, h. e, repellere.

Ostracismus. ἀπὸ τοῦ ὀστράκου, h. e. à testulis, in quibus suffragia solebant inscribi. *Vide Examen Philologicum.*

Ostreum. de omnibus piscibus dicitur, qui duram testem habent. Græci Ostrea ἀπὸ τῶν ὀστράκων, h. e. à testis.

Ovatio est minor triumphus. Qui ovationem meretur, *uno* equo vehitur, & à plebeiis, vel ab equitibus Rom. deducitur ad Capitolium, & *de ovibus sacrificat.* unde dicta ovatio. Qui autem triumphabant, Senatu præeunte, & *albis equis* quatuor utentes, de *tauris sacrificabant.*

Ozunum. à Gr. ὄζω redoleo, genus edulii redolentis, ex intestinis confecti.

Pædico.

P.

P*ÆDico.* ex Gr. *πυγίζειν*, h. e. *contrectare nates*: libido scil. præpostera. Contra pædicones lata est lex Scantinia. *Vide Iuvenal. Sat.* 2.

Pagma. à *παίζω*, ludo. Erat enim machina in sublime tendens. unde Juvenal. *Et Pagma & pueros inde ad velaria raptos.*

Paan. Apollo. *ἀπὸ τοῦ παίειν*, h. e. feriendo. quod sagittis noceret. Sic opem Pæoniam dixit Ovid. Quare & Apollo *ἀλεξίκακος* dictus Athenienfibus. Vel *ἀπὸ τοῦ πάλλειν*, à vibrando. vel *ἀπὸ τοῦ ἀπολύειν*, solvendo. Omnia pro diversâ applicatione. Alii *ἀπὸ τοῦ παύειν*, sedando, cessando.

Pæonia. herba insignis, dicta à *Paonâ inventore*, qui eâ Plutonem curasse dicitur, ab Hercule vulneratum.

Paganalia. Festa agriculturæ causa instituta, in pagis. Solebant veteres solenni ritu pagum lustrare & circuire. Ovid. *Pagus agat festum, pagum lustrate coloni, Et date paganis annua liba focis &c.*

Pagina. à *Pangendo*, quod in paginis carmina pangantur. vel quod in libris suam obtineant regionem, ut pagi. Paginam utramque facere, pro summâ authoritate.

Palæstra. *ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι τὸ σῶμα*, h. e. agitatione corporis. *πάλη*, lucta corporis.

Palea.

Palea. à *Palam,* ſive nomine *pabulum.* Nam ea ſolum in paſcendis animalibus præbebatur. Vel ἀπὸ τῦ πάλλειν, vibrando.

Palearia. quaſi *pellearia.* Sunt enim dependentes pelles à gutture boum.

Palilia. à *Pale*, paſtorum dea: cui pro partu pecoris ſacra faciebant. *Vrbi Feſtus erat: dixere Palilia Patres. Hic primus cæpit mœnibus eſſe dies.* Propert.

Palimpſeſtus. Membrana abraſa. Quidam legunt palinxeſtum, ex πάλιν καὶ ξέω, h. e. iterum rado.

Palinodia. Eſt recantatio à Gr. παλινωδεῖν, vel ἐκ τῦ πάλιν, καὶ ἀείδειν, hoc eſt, recantare.

Palinurus. ex πάλιν καὶ ὖρον, bis mejens, Hinc Martialis:

> *Minxiſti, Pauline, ſemel currente carina.*
> *Mejere vis iterum? ſic Palinurus eris.*

Palla. Honeſtæ mulieris veſtimentum. Quod *Palam geſtatur.*

Pallas. ab haſtæ vibratione. ἀπὸ τῦ πάλλειν, vibrare. Vide *Minervæ*, & *Athenæ. Pæan.*

Palpebræ. à *Palpitando*, h. e. tremendo. vel à *palpando* h. e. prætentando. quia minimus motus nos monet de viſu conſervando. Palpebræ enim oculis pro vallo ſunt.

Paludamentum. à *perſpiciendo* dictum, quod perſpiciantur illi, qui palam hæc habeant.

Panacea, ἀπὸ τῦ παντὸς ἀκεῖν, à ſanandis omnibus morbis. Virgil.

Ambro-

Ambrosios succos, & odoriferam panaceam.

Pancratium. ἀπὸ τῶ πάντων κρατεῖν, à *Vincendo omnia.* Constabat enim hic ludus quinque certandi generibus. unde apud Latinos Quinquertium, apud Gr. *Pentathlus.* Vide Ex. Phil.

Panda. à *pandendo.* Dea dicta, quod Tatio, ut caperet Capitolinum collem, viam panderet & aperiret.

Pandectæ. Ex πᾶν & δέχομαι, h. e. *omne capio.* Pandectæ enim omne jus & leges complectuntur.

Panegyris. Ex πᾶν καὶ ἀγείρω, quasi dicas, *universalem conventum.*

Panica. sunt repentini terrores, ut ratione ac ac mente careamus, à *Pane Deo:* quia hic metus Pani Deo tribuitur.

Pandora. Quasi diceres, πάντων τῶν θεῶν δῶρον, Vide plura de hac in *Exam. Phil.*

Patalis bos. Festo bos, qui *cornua* habet latè *patentia.*

Panis. à *Pascendo*; sive ab eo, quod Græci πᾶν, omne dicunt, quod panis omnibus pulmentis adhiberi possit.

Pansæ. Dicti sunt, quibus pedes sunt *pansi* ac liti, sicut Planci, quibus plani.

Panselenus. h. e. plenilunium. σελήνη, Luna, inde, *Proselenus*, ante lunam natus. Quo nomine sunt dicti Arcades, qui se ante lunam natos gloriabantur.

Paton-

Pantolabus. Scurra rapax. Ex παντὸς καὶ λαβεῖν, omnia ad ſe rapiens.

Panthera. Ex πᾶν καὶ θήρ. Quaſi diceres, *tota fera.*

Pantices. à *Pandendo*, quod ventrem pandant.

Pantomimus. ἀπὸ τοῦ πάντα μιμεῖσθαι, quod omnia imitetur.

Pappare. Ex Gr. παππάζειν, h. e. Patrem appellare blandicellis verbis. Vide *Examen Philologicum*, & Papa.

Papa. Aliqui derivant ab interjectione, *Papæ*, quod eſt admirationis. Nonnulli à *Pappa*, quæ vox eſt Filiorum Patribus adblandientium. Hinc Perſii, *Pappare.* Sunt, qui Papam *Patrem Patriæ* dicant. Jupiter olim apud Bithynos dictus Pappa. teſtis eſt Alex. ab Alexandro.

Paradoxon. inopinatum. παρὰ δόξα. complectitur in ſe admirationem, τὸ ἀδύνατον, impoſſibile.

Parcæ. per antiphraſin, quod minimè alicui *parcant.* Vel à *partu*, quod naſcentibus bonum vel malum conferre dicantur. Et quia partus nono decimoque menſe eſt tempeſtivus, ideo *Nonam Decimamque Parcam* nominavit vetuſtas.

Partunda. parturientium dea. Sic *Mena*, quæ fluoribus menſtruis. *Latonia*, ab ope ferenda. *Egeria*, *Lucina*, *Prorſa*, *Poſtuerta*, *Pellonia*.

Paralysis. παρὰ λύω. dissolutio membrorum.

Paranymphus. παρὰ, juxta. καὶ τῆς νύμφης sponsa. Latinis, *auspex.*

Parapherna. Ex παρὰ præter, & φέρνη, dos. hinc bona paraphernalia, quod Latinis, peculium.

Parasitus, ex Gr. παρὰ τ̃ σιτ8, h. e. quod *à cibo totus dependeat.*

Parma. Sic dictum breve scutum, quod è medio in omnes partes esset par. *Paræcia* παροικία, sacra vicinia. ἀπὸ τ̃ παροικεῖν, ad accolendo, juxta habitando. *Paræci* Ejusdem fani consortes.

Paropsis. vas escarium, à *rotunditate* & flexu sic dictum.

Paroxismus. Gr. παροξύνειν, incitare. Quò Græc. nomine appellant accessum febris.

Passer. à *patiendo,* eo quod morbum caducum patiatur.

Pastillus. à *Pane* deductum, Hinc pastilli medicinales. *Pastillos Rufinus olet; Gorgonius Hircum.* Horat.

Patella. à *Patulo,* vel Gr. πλάττω, fingo. vel ἀπὸ τῆς πλατείας, h. e. à latitudine. *Domus interea secura patellas Iam lavat.* Juvenal.

Pathicus. à Gr. παθεῖν. hinc pathici pueri, qui ad præposteram libidinem pædiconibus obsequuntur. Martial. *pathicissimos libellos* dixit h. e. maxime obscœnos.

Pavimentum. à *paviendo,* sive tundendo dictum

ctum. *Pavio* antiquitus dicebatur pro percutio. à Gr. *παίειν*, percutere. Hinc composita *depuvio*, & *oppuvio*. Lucret. *Depuvit me*. verberavit. Inde *oppuvia*, verbera dicta.

Pausa. à Gr. *παύομαι*, cesso, *παῦσις cessatio*. *Pausarius*, qui remigibus modos dat.

Parochus. *ἀπὸ τοῦ παρέχειν*, à præbendo. Erant Parochi, qui Legatis Romam missis, publicè salem & ligna præbebant. Latinè, *Copiarii*, quod rerum necessariarum copiam præberent.

Parra. avis inauspicata. ab antiquo *parreo*, pro pareo, h. e. appareo. Hinc enim avis prætereuntes suo cantu facit sæpius ad se respicere.

Pectus. dictum, à *compactis quasi costis*.

Peculium. à *pecoribus*. Quod priscis omnia bona in pecoribus.

Pecunia. à *pecore*. Quia antiquitus omne pecuniæ fundamentum pecus. Plinius *à nota pecudis* derivat, quod primum æs notâ pecudis signatum.

Pecus. à *Pes*, quod pedibus, sine ratione, Bruta ferantur.

Pegasus. prognatus ex sanguine Medusæ. *ἀπὸ τῆς πηγῆς*, fonte Hippocrene (: Caballinus fons Persio :) quem illi, cum eo veheretur Bellerephon, ungula excitavit. ad conficiendam Chimæram.

Pellecebræ. Delinimenta meretricia, quibus suavi-

ſuaviludiis imperiti juvenes *alliciuntur*. Vide *Lac* & *Lacio*.

Perda. Prætor eleganter dictus, qui multorum equorum diſpendio ac *deperditione* Circienſium Ludorum editionem celebrat. multi enim equi iiſdem Circenſibus frangebantur, ac *deperdebantur*. Juvenal. Sat. XI. *Perda Caballorum Prætor ſedat. triumpho ſimilis*. Quamvis alii legant *Prædam*.

Pelagus. à Gr. πήλαγος, quod ſit πήλη τῆς γῆς, h. e. procul à terrâ.

Pellex. à *pelliciendo*, blandiendo, quia blanditiis ſeducitur à viro.

Penis. Antiquitus cauda, à *pendendo*. hinc *penitam offam* dicimus, eam carnis partem, cui cauda adhæret.

Perduellis. antiquitus *hoſtis* dictus, quod *pertinaciter bellum retineat*.

Pergula. à *Pergendo* dicta, quod in eadem ambulare ſoleamus, & æſtivo tempore cœnare.

Peripetaſmata. Sunt Tapetia, quæ ornatus gratiâ circa parietes extenduntur περιπετάζειν extendere.

Periſcelis. Ornamenti genus circa crura, ex περὶ καὶ σκέλος crus. Hinc ordo equeſtris, ſeu honor periſcelidos.

Periſtylimum. Locus columnis clauſus, circumquaque porticum habens. dicitur ἀπὸ τῶν στύλων. h, e. à columnis circumquaque diſpoſitis.

Petaſus.

Petasus. Pilei latioris genus, à Gr. πετάννυμι, h. e. extendo. cujus *Aöristus* ἐπέτασα. Hinc *Petasati.*

Petaurum. Ludi genus & machina quędam lygnea. Hinc *Petauristæ*, quod ii πρὸς ἀέρα πετῶνται, h. e. se extendant usque in aëra.

Petrones. Dicti à *Petrarum* asperitate. Apud veteres dicti rustici.

Petroselinum. herba sic dicta, *quod optime in petris* h. e. rupibus, *proveniat.*

Petulans. à *pecudibus*, quæ propriè petulantes dicuntur: Quoniam cornuti sunt perniciosi.

Phalæ. turres ligneæ. ob altitudine. à *Falando* dictæ, quod apud Etruscos *cælum* significat. *Consulit ante Phalas Delphinorumque columnas.* Juven.

Phalarica. telum ingens. à *Fatis*, ut Festus vult, Falæ ab altitudine dictæ, à *falando*, quod apud Hetruscos cælum significat. Vide *Falæ.*

Phaleræ. τὰ φάλαρα Græcis. ἀπὸ τοῦ φαλοῦ, quod splendidum significat. Vel à φανερόω illustro.

Phaëton. ἀπὸ τοῦ φαέθειν, lucendo. Solis est proprium splendere. Quare Homerus dixit: ἥλιος φαέθων.

Pharetra. παρὰ τὸ φάρος, h.e. munimentum & hoc ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι, à gestando.

Phanum. Templum, quia φανερὸν, apertum, quod phana omnibus adeuntibus pateant.

Phlebotomia. Incisio venæ. φλέβας Græci dicunt venas. τέμνειν, cædere. incidere.

Phlegeton. ἀπὸ τοῦ φλέγειν, quod est urere.

Phlegma. ἀπὸ τοῦ πεφλέχθαι, quod ustum & supra modum coctum significat. humorem frigidum notat.

Phœnix. à *Phœnicio pennarum colore* dicta, in Arabia frequens. *Vide Examen Philolog.*

Phrenitis. Morbus lædens mentem. à Gr. qui φρένας, mentes dicunt. Juven.

—— *cum sit manifesta phrenesis.*

Phtongus. idem quod sonus, & vox inarticulata, à verbo φθέγγομαι, h. e. sonum edere.

Phylacterium. Locus custodiæ destinatus. ἀπὸ τοῦ φυλάκτειν, à custodiendo.

Piatrices. erant Sacerdotes, quæ *expiare* erant solitæ.

Pigmæus. qui brevior tribus spithamis, vel cubitu: à Gr. πῆχυς cubitus, quod hujus magnitudinem æquent. vel à πύγμη, quia cubitum non excedunt magnitudine.

Pignus. à *pugno,* quod creditori ad securitatem datur.

Pila. quod *pilis* sit plena: qua innuptæ puellæ solebant ludere.

Pilum. Telum Romanum, à *perimendo dictum,* quasi perillum, ut Varro; vel à *pinsendo,* vel à pilumno instrumento, quo in mortario quippiam teritur.

Pinnirapi. Galeus cristatus vel *pinnas* in galeis gladia-

gladiatores Samnites habebant. Cum iis compoſiti retiarii reti ſuo, adverſarii caput involvere & ad terram trahere conabantur. Gladiatores igitur ſunt, qui *rapere pinnas* de galeis adverſarii ſolebant. *Turneb.*

Piſtor. à *pinſendo*, quod ante inventum molarum uſum frumenta in pilis pinſebant, h. e. contundebant.

Piſtrinum. nomen invenit à *pinſendo*, quod ibi, ante molarum uſum, comminueretur frumentum in pilâ, quæ concavum vas erat iſti rei idoneum.

Pilus. à *pelle* nominatus, ex quâ prodiit.

Pirata. πειρατὴς, h.e. prædo marinus. ἀπὸ τοῦ πειρᾶν, quod eſt pervagari.

Pitho. Perſuadēdi Dea, ἀπὸ τοῦ πείθειν, *perſuadere.*

Pituita. quod vitam petat, humor frigidus.

Placenta. ἀπὸ τῶν πλακῶν, quo nomine Græci cruſtas appellant. *Polenta* à *Polline.*

Planci. Qui pedibus ſupra modum ſunt planis. Sic tabellæ plancæ, quæ planæ.

Planetæ. ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι, quod errent, h. e. ſtellæ erraticæ.

Platanus. ἀπὸ τοῦ πλάτους, h. e. à *latitudine.*

Plauſtrum. ſic dictum, quod ex omni parte ſit *palam.*

Plautus. qui primò *Plotus* dictus, à pedum planitie, quos plotas umbri vocant.

Planti. à *planis* pedibus dicti, qui antea ploti nominati.

Plectrum. ἀπὸ τοῦ πλήττειν, h. e. percutere.

Podex. quod ex eâ *pedes fluere videantur.* Posterior pars corporis pudenda.

Podium. Locus habilis ad ſpectandum, à *pede* dictum, quod ad pedes ædificiorum ſtruebatur. ſive quod in eo pedibus hæreamus.

Poëta. ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, à vertendo. ποιητὴς, quaſi novus creator. Dicitur Gr. ἀοιδὸς, ab ἀείδειν, vel ἄγειν, canendo.

Pollex. à *pollendo,* quod majore polleat robore, qui alio nomine vocatur hallux, ἀπὸ τοῦ ἅλλομαι, h. e. ſaltare, quod conſtructa manu proximum digitum ſolus ſcandat, h. e. ſaltet.

Pollinctor. à pollincendo, quod Latinis ſignificat curare funus. *Pollinctura,* ſive *Pollinctus* tota funeris curatio.

Polus. ἀπὸ τοῦ πολεῖν, vertendo. Circa Polos enim vertitur mundus. unus conſpicuus Boream verſus. & *Arcticus* dictus, ἀπὸ τῶν ἄρκτων, urſis. alter *Antarcticus*, oppoſitus priori & ἀφανὴς. unde Poëta: *Mundus ut ad Scythiam, Ripheaſque arduus arces Conſurgit, premitur Libyæ devexus in Auſtros. Hic vertex nobis ſemper ſublimis, at illum. Sub pedibus Styx atra videt maneſque profundi.*

Polydamas. παρὰ τὸ πολὺ δαμάζειν, quod multum domet.

Polyhymnia. Ex πολλῆς μνείας, multarum rerum memoria. à copiâ cantilenarum in laudem Deorum.

Pontus.

Pontus. ἀπὸ τοῦ πνέω, quod eſt, ſpiro. quaſi diceres πνότος, & per metapheſin πόντος. Vel ἀπὸ τοῦ ποντίζειν, mergere. Vel ἀπὸ τοῦ πόνου, quem laborem navigantes exantlant.

Porca. Romanj quoque inter militaria ſigna habuerunt hujus animalis effigiem, quinto videlicet loco, eo quod confecto bello, *cæſa porca*, fœdus firmare ſoliti. Vide *Porcus* & *Præcidaneus*.

Polyſyndeton. ἀπὸ τῶν πολλῶν συνδέσμων, h. e. à *multitudine conjunctionum.*

Pomœrium. Dictum quaſi, *poſt murium:* Nam antiqui *mœrum* dicebant, quem nos murum.

Pompa. à Gr. πέμπω, h. e. mitto, quod omnia magnifica, quaſi apparatum triumphalem mitterentur.

Pomum. quaſi potomum, quod ejus inſitio indigeat potu.

Pontifex. à *poſſe & facere*, vel à *ponte:* Quia pons ſubliciis à pontificibus factus eſt. Vide *Examen Philologicum.*

Popina. à *Popa.* locus eſt, ubi caro cocta publicè venditur, vel ubi privatim helluari conſuevimus. *Popa venter*, Perſius.

Poples. quod *poſt quaſi plicetur.* Poplitibus ſe excepit. Curtius.

Popyſmata. à Gr. ποππύζω, ſibilo, vel adulor. blandimenta, quæ equis fiunt.

Porcus. ſic dictus, quod *porrecto ritu paſcitur.*

& terram latius porrigat, dum herbarum radices rimatur. Vel quod *Spurcus*.

Porricio. amica luto sus. Quasi *porrò jacio*, h.e. valde jacio. Vox plena antiqui usus. sic exta porrici dicebantur.

Porta. à *portando*, sive quod per eam omnia importentur & exportentur. sive ab aratri portatione, quia in designatione urbium aratrum manu suspendebant.

Posticum. à *post & stando*, quia ostium est in posteriore parte ædium.

Postilena. sic dicta, quod posteriorem jumentorum partem exornet, h. e. *sub jumenti cauda ponatur*.

Postliminium. ex *post* & *limen*, quando à nobis alienata, postea ad nos revertuntur. Hinc *postliminium* est jus amissæ rei recipiendæ ab extraneo.

Præcidaneus. à *prius cædendo*. hinc *Præcidaneæ hostiæ*, quæ ante sacrificia pridie cædebantur. Nonius, inquit, quod præcidaneus idem sit quod præoccidendus: eligebantur ad sacrificia porci majores, qui dicebantur *eximii*, teste Donato. sicut bóves tales, *egregios*. oves, *lectas*. Vide plura in Fungero. quod apud novas nuptas olim quoque hic mos fuerit, immolare porcos. In Verbo *Porcus*.

Præfica. quæ auspicabatur suâ voce ejulatum in funeribus. à *Præficiendo*. Durabat hujus

& circumſtantium lamentatio, donec conſumpto corpore & collectis cineribus, noviſſimum verbum diceretur : *ilicet*, ire licet.

Prænomen. de hoc eruditè tractat Alex. ab Alexan. genial. dierum lib. 5. cap. 4. *Titi*, à tuendo. *Tituli*, quod patriam tutarentur. *Spurii*, qui ſine patre ſunt geniti. Quanquam alii dictos velint quaſi σποράδην, h. e. ſparſim concepto. Vel à ſatione, quam dicunt Græci σπόρον. ex σπείρω.

Præputium. nota cuticula. Gr. πόσθη. quod ante putidum, h. e. ante id, quod putet. Vide *Apella*, *Recutitus*.

Præſter. ventus repentinus & adurens. ἀπὸ τοῦ πρήθειν, à *comburendo*. aliàs dicitur ignis cœleſtis. non aliter differens à fulmine, quàm flamma ab igni.

Præſtites. Dicti ſunt Lares, quod omnia ſuis oculis *præſtarent tuta*.

Prævaricator. quod diverſam partem adjuvet, colludens cum reo. Vox deflexa à *varicibus*, quibus qui laborant, obliquè incedunt. quod propriè eſt varicari. Vel quod ſit *varius*, & partem adverſam ſequatur.

Prandium. de hujus more & antiquitate legatur *Fungerus* & alii.

Præcones. quaſi diceres, *Præcanes*. à præcinendo, vel à præ & cavendo.

Præda. quaſi *parida*. quod manu ſit parta. παρὰ τὸ ἕλειν, capiendo. vel παρὰ τὸ ἕλκειν, trahendo.

Prædium. à *præstando* dictum, quia pignora data fidem præstant.

Præliganeum vinum. à *prælegendo*, quod vel præmaturum, vel *præ omnibus legatur.*

Prælium. à *premendo.* quod hostes dimicando se invicem premant. Alii à *prælo* volunt deduci, quod dimicando è corporibus sanguis profluat, non secus ac mustum è prelis.

Præs. à Præstando dictus. Quia tàm præstare tenetur, quàm is, pro quo præs factus est.

Prætexta. dicta, quod purpura ei *prætexeretur.* ad annum 17. Prætextati Romani, quem ingressi virilem togam sumebant.

Prætor. à *præessendo*, vel quasi *præitor.* hinc olim Imperator, qui exercitui præerat, prætor dictus.

Præfiscinè. vetus opinio erat, periculum aliquod à fascino, ubi quis impensius ab aliquo præsensque commendaretur. *Præfiscine hoc nunc dixerim:* quasi absit dicto invidia.

Pratum. quasi diceres, *paratum* ad fruges ferendas.

Priamus. ἀπὸ τοῦ πρίασθαι, emendo. qui primum est dictus Podarces.

Primipilus. sive Primipilaris, qui *primipili centurio* aut ductor erat.

Priapus. παρὰ τὸ προϊέναι τὸ σπέρμα, à semine profundendo. *Vitreo bibit ille Priapo.* Juven. Theocriti Scholiast. dictum putat πρίηπον, quasi βριήπιον διὰ τοὺς ἐν βακχείαις ἐκβοή-

σεις

σεις valde exclamantem in Bacchanalibus.

Principia. Locus est in castris à Principibus militibus sic appellatus. hinc, *post principia stare*, h. e. citra periculum esse.

Privignus. sic dictus, quod priusquam mater *secundò* nuberet, sic *genitus*.

Procella. Dicta à *percellendo*. vel *procellando*, h. e. concutiendo.

Proceres. à capitibus trabium. qui propriè proceres, hinc, per similitudinem, Principes dicti civitatis.

Procus. à *Procando* dictus, quod apud antiquos *poscere* significabat.

Prodigium. quasi *prodicium*, quod porrò prædicat aliquid. sic, *prodigæ hostiæ*, ab antiquis dictæ, quæ totæ consumebantur igni. unde etiam, *homines prodigi*, dicti.

Prodigium. à *prædicendo*.

Profundum. quod deorsum magnam habet altitudinem ita dictum, quod *porro*, h. e. longè, habeat fundum.

Prometheus. à *πρὸ* & *μήθειν*, quod erat antiquis *ταυτὸν τῷ μανθάνειν*.

Promontorium. à prominendo.

Proscenium. Locus erat, *ante scenam* porrectus.

Prosapia à *proserendo*, vel, teste Festo, à *prosipando*, h. e. spargendo ac disseminando.

Prosecta. viscera erant antiquis, *quæ in sacrificiis prosecuissent*.

Prosedæ. meretrices, quod ante stabula sedeant.

Promulsis. ex mulso. quia antiqui primum haustum sumebant è mulso.

Proœmium. descendere videtur ἀπὸ τῆς οἴμης à cantu. Vel ab οἴμη, viâ. quia ante ingressum rei ponitur.

Propheta. παρὰ τὸ φάναι, quod res illi per visiones manifestentur. Vel παρὰ τὸ φωνεῖν, quod oracula obscuriora oratione interpretetur. Vel παρὰ τὸ φαίνειν, ab ostendendo, quod Populo rerum eventus denunciet.

Prora. ἀπὸ τοῦ προορᾷν, à prospiciendo. Vel παρὰ τὸ προϊέναι, præeundo.

Prosodia. ex πρὸς καὶ ᾠδὴ, cantus. Latini accentus dicunt.

Prostibulum. Locus, in quo *prostati pudoris* meretrices corpore quęstum faciunt. Quod scilicet prostent in eo scorta.

Protasis. sic *Prosedæ.* Latine propositio à Gr. προτείνω, disputandum propono.

Protelo. h. e. longè arceo. à Gr. adverb. τηλόθι. quod signif. *procul.* Hinc aliquem protelare dictis suis. Vel à πρὸ & ἑλεῖν, ante trahere.

Proletarii. à prole dicti, quod tantum prolem sufficerent. nihil aliud Reip. exhibentes. Hinc pro humili sermone sumitur, *Proletarius sermo.*

Prochyta. Iuven. *Prochytam propono suburræ.* à προχέω quasi profusa. nam ex terræ motu hæc insula fusa quasi.

Provincia. est propriè Regio extra Italiam bello acqui-

acquisita. quę *procul posita*, vel à *porrò vincēda*.

Proxeneta. à Gr. προξενέω, arbitrum, vel conciliatorem contractuum ago.

Pruina. perurina quasi diceres. quod arbores & flores urat. Vel *Purina*. à Gr. πυρὸς ignis.

Prurio. quasi *peruror*. Est enim, *prurire*, libidine ardere.

Prytaneum. Locus Athenis, in arce dignissimus, ubi judices & magistratus habere concilia soliti. In Pritaneo alebantur, qui bene meriti de Rep. sic dictum quasi, πυροῦ ταμεῖον, tritici promptuarium. Veluti horreum publicum.

Psalmus. ἀπὸ τοῦ ψάλλειν, quod est. Cythoram pulsando excitare melodiam.

Psecas. Psecazein dicunt Græci, quando minutum, sive rarum pluit. Ornatrices illæ rarum ac parvum aquæ solent mittere, ac quasi ψεκάζειν. ab arte ipsa ordinandi desumpta Etymologia.

Psilotrum. quod ex resinâ, visco & cerâ fiebat, ad evellendos pilos. Hinc Juvenalis dixit, *resinata juventus*. Et Sat. 9. *qualem Bruttia præstabat calidi tibi fascia visci*. Quia cutis nitorem tali medicamento sibi paraverat. Viscus pro Psilotro ponitur. *Bruttia* pix, optima. Græci βρυτίαν eam nominant quâ utebantur inprimis ad pilos evellendos.

Puer. quasi *purus*. Dicitur & puerus.

Pulex. quod ex *pulvere generetur*.

Pulla-

Pullarius. *qui è pastu pullorum* capta auspicia.

Puls. quod Festus derivat, à *pullis*, quod pullarii hoc potissimum cibi genere pullos pascerent.

Puteus. sic dictus, quod *putent* alumine & sulphure, dum cavatur. Alii à Gr. πότος quod potum significat.

Puerpera. Hinc Puerperalia convivia. Natalia.

Pulvinaria. quasi dicas *Pluminaria*. Farciebantur enim *plumis*. in his collocabantur simulachra deorum.

Pugil. à pugna, vel *pugno*.

Pugillares. tabulæ ceratæ. à *pugno*, quo poterant contineri.

Puteat. Vide *Exam. Phil.* Ibidem de *Pyrricha*.

Pyrus. quod ad similitudinem Pyramidis tendat è lato in acutum reddens flammæ similitudinem. Unde & Pyramides.

Pyrausta. bestiola, quæ candelam circumvolans se adurit. à πῦρ & αὐόνη, siccitas, ariditas, quod ignis illam exsiccando consumat.

Q.

Q*Vadruplatores.* sunt, qui quartam partem ex delatione percipiebant. hinc *quadruplaturam exercere*.

Quæstor. quasi Quæsitor. hinc *Minos* apud inferos Judex vocatur Quæsitor, tanquam prætor sit rerum capitalium. Virgil.

Quæsitor Minos urnam movet.

Quæstor.

Quæstor. à Quærendo, quod conquireret publicas pecunias.

Quadrans. quarta pars aſſis, tres unicas habens: unde & Triuncis dictus. Hunc balneatori dare mos Romæ. unde Seneca Balneum, *rem quadrantariam vocat*. Horatius Cynicum pauperem irridens, *Dum tu*, inquit, *quadrante Lavatum, Rex ibis*.

Quercus. à quærendo, quod primi mortales quærerent ad victum glandes.

Querquera Febris. à duritie ſic dicta vel gravitate, quod genus arboris cum grave ſit ac durum, tum in ingentem evadat altitudinem, tremorem febrilem Græci κάρκαρον, παρὰ τὸ καρκαίρειν. hoc eſt, cum ſtrepitu pulſare. Hinc Plaut. is mihi erat *febris querquera*, tuſſis.

Quinquatria. Feſta erant Romæ Palladi ſacra. Dicta à numero *quinque dierum*, quibus celebrabantur. De his conſule *Examen Philolog*.

Quinquertium. à Gr. πένταθλον, dictum. Nomine ducto à *quinque artium*, ſive certaminum *generibus*.

Quintilis. Menſis anni ſeptimus. Olim quintus, cum à Martio annum Romani auſpicarentur. Vnde & Quintilis primum dictus eſt. Poſtea in honorem Iul. Cæſaris, *Iulius* appellatus.

Quiris. Sabinis haſta. Vel *Curis*. Hinc Quirini.

& Curetes. Tatius cum Romulo quando in fœdus descendit, Romani dicti, à Tatio Quirini. *Vide Exam. Phil. in Romulo.*

R.

RAbies. à *Rapio*, quod hoc morbo, instar canum, huc illuc rapiamur. sunt qui rabiem dici putant, à *ravitate vocis*, quâ canes nimio calore infesti laborant. Antiqui, *rabia*. æ.

Rabula. dictus vel à *rabie*, vel à *radendo*, vel à *raucedine*. Clamosos ejusmodi pecuniæ æruscatores multos gentium ubique videas. *Rava vox, rauca & parum liquida, proximè canum latratum significans.* Festus. Quare etiam Causidicus pugnaciter loquens *Rabula* dicitur, qui scilicet lites ex lite serit.

Ralla tunica. à raritate texturæ: cui opponitur spissa.

Rastrum. à terrâ radenda.

Raudius. vel *Rodus*, vel etiam *Rudus* significat rem rudem & imperfectam. sic Poëtæ saxum vocarunt raudum.

Recinium. Vestis quadratæ genus. Inde dictum, quod ejus laciniam retrorsum *rejiciebant*.

Redivius. Vermiculus est, qui infixo semper sanguini capite vivit: à *redivivendo*, h. e. solvendo, quod carnem animalium suctu resolvat.

Redivia.

Redivia. est abſceſſus circa radices ungium, à *rediviendo*, h.e. ſolvendo. *Reduviæ* flagri dixit Plaut. Sic & *Reluvium*, ἀπὸ τοῦ λύω, ſolvo.

Religio. Secundum, aliquos à *relinquendo*. Cicero, à *relegendo* derivat. Qui ſcilicet omnia, quæ ad cultum Deorum pertinent, pertractarent & relegerent. Lactantius, à *religando*, quod pietatis vinculo ſimus religati.

Remora. Piſcis exiguus, à *remorando* dictus, quod navem remoretur.

Remuria. quæ alias *Lemuria* dicta. hæc Feſta à *Remo* putantur nominari, in cujus honorem primò inſtituta Remuria. Erantque illa feſta, quibus mortuorum ſepulchris epulæ inferebantur. Ovid.

Romulus obſequitur, lucemque Remuria dixit
Illam, qua poſitis juſta feruntur avis.

Recuperatores. judices dicti, quod per eos ſuum quiſque jus recuperare poſſet.

Rechepidna. Alias Trechedipna, quod veſtis ſit curſoria inter edendum. Juvenal. Ruſticus ille tuus ſumit Trechedipna Quirine. τρέχω, curro. δεῖπνον cœna.

Repetundæ. à *Repetendo* dictæ, vel quod antiquius eſt, *Reperundo*. Vide *Examen Philogicum*.

Reſtis. à *Reſto*, quod quæcunque ligata ſunt ſtare faciant.

Rete. vel à *rapiendo*, vel à *raritate* dictum.

Reti-

Reticularius. gladiatores dicti, quod rete sub scuto gestarent, quo adversarium involverent, quem Mirmillonem & Gallum vocabant. à Gallicæ armaturæ genere. Plura in *Examine nostro Philol.*

Rhabduchi. virgarii & lictores à Romanis dicti. Græci virgas ῥάβδους dicebant. Hinc ῥαβδοῦχοι, Virgarii.

Rica. veli genus est, à *ritu*, quod eo Romanæ mulieres ritu sacrificantes, caput velabant.

Rivales. illi propriè, qui ab *eodem rivo* aquam hauriunt. Atopicè, pro procis eandem virginem ambientibus.

Rixa. à *Ringendo* dicitur, quod propriè est canum, quando irritantur.

Rogus. Dicitur, *quod in eo Dii manes rogarentur.* Strues lignorum ad cremanda cadavera.

Rorarii. Levis armaturæ milites. sic dicti, quod illi prœlium, *sicut ros pluviam, antecederent.*

Rosa. flos veneri sacer, quod ut rosa brevi vigeat, ita & voluptas venerea.

Ros. qui filius Lunæ & aëris. à *varietate*, quod non sit tam spissus, ut est pluvia.

Rostra. in Foro Romano, ex quibus leges ferebantur & causæ agebantur. nomen suum sortita ab *navium Antiatium rostris.* Rostratæ naves, coronæ &c.

Rota. à *Ruendo* dicta, sive à *rotunditate.*

Rubigo. dicta à *Rubro*, sive *rubido* colore. Antiquis

quis *robigo* dicebatur: Nam illi robum dixere, quod nos rubrum.

Rubigalia. Festi dies erant, amoliendæ rubigini.

Rubrica. à rubro colore. quod hac legum tituli & capita notabantur. hinc Persius:

Præsertim siquid Masuri rubrica notavit.

Rubus. genus fruticis spinosum, & mora ferens nomen inde, quod *virgulta ejus rubeant.*

Rudis. virga erat rudis & impolita, sive lignea, sive ferrea. hinc, *ad rudem compellere,* h. e. cogere depugnare. Gladiatores hi, quoties emeriti, aut multis jam palmis relatis, libertate digni videbantur, rude à Prætore donabantur. hinc *Rudiarii,* qui impetrarunt missionem artis gladiatoriæ.

Rudentes. ex nimio stridore sic dicti. quod flantibus ventis *rudere* videantur.

Rumina. Dea, quæ mammam, h. e. rumam parvulo immulgebat. Huic lacte, non vino sacrificium fiebat. Ficus Ruminalis. *Adi Exam. Phil.*

Ruga. Quod *cutem in plicas corruget,* & quasi quosdam sulcos. *Iam venient rugæ, quæ sibi corpus arent.* Ovid.

Ruma. apud veteres dicta *mamma.* Unde dicti: *Agni subrumi,* adhuc lactentes. sic veteres dicebant *lactare, irrumare,* quasi rumam in os inserere.

Rus.

Rus. dicitur, quod in eo singulis annis *eadem rursus ferantur.*

Ruta. dicta putatur ab *eruendo*, quod propter multiplicem usum maximè eruatur.

S.

SAcrilegus. qui res Deo sacratas *legit.* h. e. aufert. eoque sensu Seneca: *Vivis ossa legere.* Proditum in Æthiopiâ sacrilegos hac pœnâ solitos mulctari, ut Ophiusam herbam bibere cogantur; qua pota sic infestantur terroribus & imaginibus falsis, ut sibi ipsis mortem consciscant.

Sacres porci. dicti qui *puri* essent *ad sacrificium.* Quod contingebat die circiter decimo, à partu. Ideoque sacri, quod tunc primum ad sacrificia idonei.

Saga. à *sagiendo*, quod multa scire velit. Nam *sagire* est callidè & astutè præsentiscere. hinc quoque sagaces dicti.

Sagitta. à sagaci, h. e. veloci ictu vocata, pennis enim fertur ut avis. Alii quod *satis longè agatur.*

Salacia. Dea aquæ dicta, quam putabant *salum ciere.* Vnde Ovid. *Nymphæ salaces.*

Sal. à Gr. ἅλς ἁλός. Qui habet salem in pectore, h. est. sapientiam: in plur. n. mas. geni. tantum.

Salarium. stipendium est, vel merces. Quod homo sic salario opus habeat, quam *sale.*

Salii.

Salii. Sacerdotes Numæ erant. à *saliendo.* hinc Poëta. *Salium in modum ducere pedes.* Adi Examen nostrum.

Salix. à *crescendi celeritate.* quasi citò saliat,

Salum. à *sapore salis,* vel à Gr. σαλεύειν, h. e. fluctuare. Veteres quoque salum in masc. g. dixere. Ennius: *Vndantem salum.*

Sannio. Est qui soluto risu, contortis corporis totius partibus, quempiam deridet. à sannâ, irrisione.

Sarculum. rastri genus. à *sarriendo.* Sarculatio, Sarritio.

Sardoa. herba. quæ in *Sardinia* nascitur. Quâ si quis vescatur, quasi ridendo moritur. *Sardois videar tibi amarior herbis.* Virgil.

Sarrana. ferentem Ex humeris aulæa togæ. Iuvenal. Sat. x. Tyrus olim *Sarra* dicta. hinc Sarranus, intelligit hic vestes tam amplas, ut vela regia videri possint.

Sartago. ἀπὸ τῆς σαρκὸς. à carne. Estque patella, in quâ caro frigitur. *Vnde hæc sartago loquendi Venerit in linguas.* Persius.

Satyra. dicitur quasi *satura*, ob carminis varietatem & copiam rerum. sive quod personis factisque *satiatum abundet.* Alii derivant, à *satyrâ*, lance, quæ referta multis primitiis in sacrificiis offerebantur Diis. Alii rursum, à *satyris*, quod hoc carmine res ridiculæ scribantur. Pluribus hæc tractat *I. Fungerus.*

Satur-

Saturnus. quasi satur propter infantes devoratos. Græcè κρόνος. Tempus illo designamus, quod omnia consumit, dictum χρόνος. à *satu* aliqui deducunt, quia satorum primus edocuit usum. Alii à σάθη, membro virili, quod patris pudenda abscidisse fertur, & ea in mare projecerit unde Venus nata.

Scala. à *scandendo.* Vt & scamnum, à *scandendo.*

Scapha. ἀπὸ τοῦ σκάπτειν, ab *excavando,* vel effodiendo. Hinc & *Scaphium:* quod est ad varios usus vas. sic & pro *matulâ* sumitur Iuvenali.

Scantinia. à *Scantinio* latore sic dicta contra pedicones lata.

Scazon. à Gr. σκάζειν, quod claudicare significat. sic delumbes & claudicantes jambicos vocamus Scazontes. e. g. *Nec fonte labra prolui Caballino.*

Scandalum. ἀπὸ τοῦ σκάζειν, abrumpere institutum.

Scauri. ut Valgi, Varræ, Vatinii, à variis suris & cruribus pedum intortis.

Scena. ἀπὸ τῆς σκιᾶς, ab *umbra.* Quia veteres sæpe instruebant theatra, ab opere topiario, & ramis arborum frondosis.

Schænobates. à σχοῖνος & βαίνω. Funambulus. *Augur, Schænobates, medicus, magus: omnia novit Græculus esuriens.* Iuvenal.

Schola.

Schola. à Gr. *σχολάζω*, h.e *vaco.* Quia, cæteris rebus omiſſis, vacare ſtudiis pueri debent liberius *ἀπὸ τῆς σχολῆς*, h.e. à vacatione, quæ pueris interdum dari debet. ut alternis refocillentur Camænæ.

Scopæ. dictæ quaſi *ſcobæ*, quod his purgamenta, tanquam ſcobem educimus. *Scopæ diſſolutæ*, homines nullius pretii.

Scopulus. à verbo *σκοπεῖν.* h. e. à ſpeculando,

Scrinium. à *ſecernendo.* Arca dicitur, quâ ſervantur ſecreta.

Scurra. dicitur ab aliquibus, à *ſequendo*, quod tales ſoliti ſequi opulentiores, aliquid promerendi cauſsâ.

Scutica. à Gr. *σκύτος*, quod corium ſignificat. Iuvenal. *rubet ille flagellis hic ſcuticâ.*

Scutum. *ἀπὸ τοῦ σκύτους.* h.e. à *corio*, quo obtegebantur. vel à ſectura. quod è minutis confectum ſit tabulis.

Securis. à *ſecando.* Quaſi ſemi quiris, ut Servius vult.

Seculum. à *ſecando*, ſive à *ſequendo.* quod ſecet, vel *ſequatur* tempora.

Segnis. Quaſi diceres totus tardus & *ſine igne.* *Segnitia*, ſine nitendo.

Seleucus. illuſtris, à *σελάω*, ſplendeo. *καὶ τοῦ λευκοῦ*, ab albo.

Sella. Quaſi Sedda, à ſedendo.

Sementinæ feriæ. à *ſemente*, ut Varro. quod ſationis cauſa ſuſciperentur.

Semen.

Semen. Quasi *serunen.* à sero.

Senectus. & senes, quasi à *senario numero,* quibus vita hominis clauditur. Alii *senes à segnitie* dictos volunt. Alii, senex quasi *seminex.* Vide Philologicum Examen.

Sentis. Quod à tangentibus primùm *sentiatur.*

Seps. Serpens, ἀπὸ τῦ σήπεοῦ, quod morsum adurat, & putredinem acceleret.

Sepia. Quod piscatoribus, *quasi iter præsepiat.* Nigra quod infusâ vanescat sepia lympha. *Persius.*

September. Mensis septimus, à Martio.

Septemtriones. Varro scribit, *Triones* rusticorum vocabulo boves vocari, quasi *teriones,* h.e. arandæ terræ idoneos. *Ex septem* enim *stellis* quasi juncti Triones figurantur.

Sequester. Sic dictus, quod utraque pars *fidem ejus sequatur.*

Sermo. à serendo. Serere sermones, & cædere.

Serenus. à *serendo*, quod tunc tempestivum sit serere.

Sericum. Lanæ genus, à *Seris* Indiæ populis. Sic dictum, quod illic ex arborum frondibus depectatur. Alii à *Vermiculo, Ser,* deductum volunt.

Series. à *serendo*, quod quæque ordine suo ponantur & serantur.

Serpens. quod *serpat.* à Gr. ἕρπων. Repere potius videntur, quàm pedibus incedere.

Serrati

Serrati nummi. dicti apud Romanos, qui impressam *serræ notam* habebant. *Serra.* à sono, h.e. stridore. *Reciprocare serram.* Prov. I

Serpillum. παρὰ τὸ ἕρπειν, h.e. à *serpendo*, quod per terram quasi serpat.

Sestertius. Quasi diceres *senis tertius*, eo, quod in se continebat asses duos, & tertium dimidiatum. Vide *Budæum, Gronovium, Iunium*, aliosque & inprimis Fungerum, qui ex Agricola huc multa transcribit.

Sextans. Deunx. Vide *As*, in Exam. Philologico. Deunx poculi genus, sicut Sextans & Triens. XI unciarum est Deunx, Hinc Martialis:

Sextantem poto, tu potas, Cinna, Deuncem.
Et quereris, quod non, Cinna bibamus idem.

Sextarius. Dictus, *quod sextã partẽ Congii teneat.*

Sextilis. Qui nunc Augustus dictus, *quod sextus* esset in ordine mensium, à Martio.

Sibylla. quasi σιὸς βυλὴ, Iovis consilium. Laconum more σιὸς pro διὸς. Tanquam θεοβύλω hanc dixeris. Multa de his authores.

Sica. à *secando.* Sicarii. Sicula argenteola.

Siderites. lapis aut magnes ἀπὸ τοῦ σιδήρου, h.e. ferro, quod colore imitatur, cujusque ex venis eruitur.

Sidus. ἀπὸ τοῦ σὺν, simul & εἰδεῖν, videre, quod plures stellæ simul conspiciantur.

Silex. Quod ignis ex eo saliat. Silicis scintillam excudit Achates. Virgil.

Sili-

Silicernum. Terentius *senem* vocat, h. e. dignum, *cui silicernium fiat.* Erat enim silicernium cœna, quæ inferebatur Diis Manibus. Ideo silicerinium dictus senex, quod *silices cernat.* Vide plura alibi.

Simia. Quasi *sima.* h. e. naribus depressis. vel quasi *mimæ*, h. e. imitatrices.

Sinistra. manus læva, à *Sino*, quod aves, quæ ad lævam apparent, rem institutam nos agere sinant.

Sirius. ἀπὸ τοῦ σείρειν, h. e. hio, quod per æstum inprimis canes faciunt.

Sistrum. Crepitaculum æneum, quo Ægyptii Sacerdotes in Isidis sacris uti solent. ἀπὸ τοῦ σείειν, h. e. à *Quatiendo*, quod percussum, ederet argutum sonum. *Isis, & irata feriat mea lumina sistro.* Iuvenal.

Sitocomia. Eorum erat dignitas, qui frumenta curabant. Qui hoc Magistratu fungebantur, dicti sunt, quasi τοῦ σίτου κόμεῖν, hoc est, præfecti Annonæ.

Smegma. Aliàs, *sapo*, abstergendi habens facultatem, ἀπὸ τοῦ σμήχειν, quod est, *purgare*, vel abstergere.

Soboles. ab *olescendo.* h. e. *crescendo.* Chara Deûm Soboles.

Sobrini. Duarum pluriumve sororum filii, quasi *sororini.*

Sodes. hortationem significat. Dictumque, pro, *si audes.*

Sol.

Sol. Quasi *solus*. Quod unus charitatem obtineat, quando est exortus.

Solstitium. Quasi *solis statio*, cum sol ultra non progreditur.

Solistimum tripudium. Dicebatur, cum in auspicando *esca ex ore pulli decidens*, humum pariebat, h. e. terram feriebat. Inde tripudium, quasi, *terrepavium.* Solistimum à sole dicitur, ut medio, mediastinum.

Solitaurilia. Ex *solo* & *taurus.* Solum lingua Oscorum integrum significat. Igitur dicta ab integris Genitalibus hostiarum, quæ immolabantur. Taurum autem Græci eam partem pudendorum dicebant, quæ à castratore erumebatur.

Solum. dictum quasi *solidum*, quod Reges olim in Thronis ligneis, ob corporis sui tutelam, sedebant. Solum dictum quasi *sedium*, ut *sella*, quasi *sedda*.

Solæcismus. Dictus aliàs, *stribligo*, quasi *stro-bligo*, h. e. inversura & pravitas tortuosa orationis. à Gr. στρεφέω, h. e. torqueo, & depravo.

Somnus. quod videtur transpositione litterarum, quasi à Græco ὕπνος descendere.

Sorites. σωρείτης. captuosum argumentum. Cicero Syllogismum vocat coacervalem. σωρός, cumulus, &c.

Soror. Quasi *seorsum à stirpe* nascatur, & in aliam familiam transgrediatur.

Spado. σπάδων: cui evulsi testes: σπάω, evello. Eunuchus naturâ quis esse potest. scil. cum frigidior est temperatura.

Sperchius. Fluvius Thessaliæ, παρὰ τὸ σπέρχειν quod *festinare* significat.

Spasmus. vel spasma à Gr. σπάω quod est, *convello.* morbus est articularis, sive convulsio membrorum.

Spatha. ἀπὸ τοῦ σπάζειν, à *scindendo*, sive *divellendo*, sive ἀπὸ τοῦ σπᾶν, quod inter cætera, *stringere* significat. spatha quoque instrumentum est, quo spumam detrahimus.

Spes. Grammaticis à *sponte* derivatur. Si enim nolit & adversetur, tunc *timor*, aut *metus* dicitur. alii à ποῶμαι, quod idem est, quod ἕπομαι, h. e. sequor. Hinc ἐλπομαι spero, quod spes sequatur futura bona. Sunt, qui ab ἑλκῶ, traho, volunt originem sumere. Isidorus ait, quod *spes* dicatur, quasi *pes* in procedendo.

Sphæra. ἀπὸ τῆς σφαίρας, hoc est, pila vel globo. Cicero ex Timæo Platonis: *Ergo mundus globosus est fabricatus, cujus omnis extremitas paribus à mediis radiis attingitur.*

Spinturnix. Inauspicata avis. dicta quoque incendiaria, quod de rogo aliquid in tecta con-

conferret *πυρὰ τὸν σπινθῆρα*, quod significat ignis ſtructuram.. Plaut. *Pi:hecium hoc eſt præ illa & Spinturnitium.* Pithecium, Simiola deformis. Convitium in fædam & fætidam ancillam.

Sphinx. ἀπὸ τοῦ σφίγγειν, h.e. à *conſtringendo*, vel *vinciendo*, quod ſuis quæſtionibus ſic prætereuntes conſtringeret, ut ſe expedire haud poſſent. Vide *Examen Philologicum.*

Spica. Quaſi *ſpecà*, à ſpe. Nam ſpes præbetur tum demum, quando granum ſpicæ partem facit. *Spiculum*, à *ſpicarum* ſpecie. Lancea brevis.

Sporta. ab herba, *ſparto.* ſive, ab *aſportando.* In ſportulis pecunia & cibus in uſus quotidianos ſolebat deferri. hinc factum, ut *ſportula pro eis cibis & pecuniis* acciperetur, quæ à magnatibus iis quotidie dabatur, qui ipſos officii gratiâ eſſent comitati. Apuleius *ſportulam* vocat ſtipem ſive pecuniam, quam conferunt, qui in ſodalitii ſocietatem coaptantur. paucis: ſportularum nomine veteres intellexerunt quaſlibet erogationes, ſive cibarias, ſive pecuniarias, ſive publicas, ſive privatas. Vide Juvenal.

Nonne vides quanto celebretur Sportula fumo?

Spurcus. à *Spuendo.* cum ad id, quod fœdum eſt, exſpuere ſit moris. In ſacrificiis dari opor-

oportebat vinum purum. Ergo ſpurcum erat, quod ſacrificiis non adhiberi debebat. Vinum quoque ex amputatâ vite, ſeu fulmine tacta, aut quæ vulneratis pedibus calcata. aut juxta quam homo laqueo pependerat, repudiabatur in ſacrificiis.

Spurius. Incerto qui patre natus. ἀπὸ τοῦ σπόρου, à ſemine, propterea, quod nihil habeat à patre, niſi ſemen.

Stadium ἀπὸ τῆς στάσεως. quod Hercules eo ſpatio, uno ſpiritu confecto, conſtitiſſet. A *ſtatione*, quod Latine curriculum.

Stagnum. à *ſtando*, quod ſit aqua ſtans. *Tyberis plana urbis ſtagnaverat*, h.e. inundaverat.

Stamen à *ſtando*, eo quod non moveatur. Unde fila ducuntur in colis.

Statinia. Dea apud Tertullianum, præpoſita puerorum conſtitutioni ſuper terram. Varro pueritiæ præſidem facit *Statanum Deum.*

Staticuli. Sunt ſaltationes ſtatariæ. quales erant in eo Chori genere, quod στάσιμον à Græcis dicitur.

Stega. tabulatum navis, & quaſi proſcenium: in quo nautæ ambulant. Gr. στέγην, conſtratum puppis. Ciceroni *navis conſtrata.*

Stella. à *ſtando*, quod ſtare ſtellæ videantur. Vide *Sidus.* *Stellio.*

Stellio. animal haud dissimile lacertæ, tergum habens lucentibus quibusdam guttis, ad modum Stellarum.

Stellionatus. Dictus à stellionis naturâ, quod nullum animal homini magis invidet.

Stemma. à Gr. στέφειν, h. e. coronare. Quia stemmata antiquæ nobilitatis quasi coronæ & insignia dicuntur.

Sterilis. ἀπὸ τοῦ στερεῖν. quod inter cætera carere significat.

Stigma. à Gr. στίζω, h.e. pungo. Famosi dicuntur Stigmatici, & punctis quibusdam inusti.

Stilla. à *stiria*, quod guttam significat. Stillicidium.

Stimulus. ἀπὸ τοῦ στίζειν, *pungo.* Est enim fustis, quo rustici boves pungunt.

Stipendium. Dictum, ex *stipe* & *pendo*, quod ante nummum signatum, Quæstores *stipem militibus appendere* solebant, non annumerare.

Stips. ab antiquis dicebatur, à *stipando*, vel *appendendo*: Quod eo tempore, quo P. Romanus ære gravi utebatur, in cellulis æs solebat stipare. Nam propter pondus grave, non poterant loculis continere.

Stipo. condenso, & in unum cogo. ἀπὸ τοῦ στύφειν, h. e. condensare. Hinc *stupa, stuppea vincula.*

Stola. vestis genus, apud Græcos, ἀπὸ τοῦ στέλλεσθαι, ab induendo.

Stolo. quasi *stolida fruticatio*. Stolones enim sunt nihil aliud, quam inutiles fruticationes, ex arborum radicibus.

Storea. Alii storia, vilior teges, è juncis aut stramentis, quæ humi sternitur. à στορέω, sterno, pro quo στορεννύω, & στορέννυμι & στρώω, στρωννύω. quo alludit *stravi, stratum*.

Stoici. Stoa, cognomento ποικίλη. Spartiano *pœcile* dicta. h. c. varia. ubi depicti erant fortes viri, qui in pugna Maratoniâ pro patriâ occubuerunt. Gymnasium fuit Zenonis Stoicorumque. Generatim significat porticum, structuram oblongam. qualia sunt basilicarum, & magnificorum operum vestibula. Hinc *Stoicidæ*. qui stoici videri volunt, & sunt fœminæ. per contumeliam. vel, quod dicat illos sine affectu, ἀπαθεῖς.

Stomachus. dictus, ἀπὸ τοῦ στόματος, quod cibum interiore orificio ad intestina transfundat.

Stragulum. à *sternendo*. hinc, *vestes stragulæ*, quibus lectos, mensas, equos insternimus.

Strages. à Sternendo. Sic & *Strenuus*.. quod & à στρηνὴς derivari potest, significans hominem asperum & durum.

Stramen. à *sternendo*, quod pecudi substernatur.

Stran-

Strangulo. à *ſtringendo*, gulam quaſi neco: à Gr. ϛραγγαλάω, hinc *ſtrangulare divitias*. h. e. in arcâ, tanquam in carcere, habere concluſas.

Stranguria. eſt cum guttatim urina defluit. ϛραγγουρίαν eſſe ajunt κατὰ ϛράγγας τοῦ οὔρου ἔκκρισιν, h. e. urinæ, per guttas, excretionem.

Stratagemata. Sunt iſti doli, quibus in hoſtem utuntur. Ex Gr. ϛρατηγέω.

Strena. Munus ſolenne, ominis boni gratiâ, quod datur, circa Kal. Ianuar. Quaſi diceres *trena*, à numero venientium, identidem munuſcula petentium.

Strigilis. inſtrumentum dentatum ferreum, quo equiſones expoliunt equos, ut ſordes ſive ſtrigmenta abſtergant. à *ſtringendo*. Perſius: *I puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea perfer.*

Strix. à *Stringendo*. prorſus importuna & maledicta avis. Hinc Ovid.

Eſt illis ſtrigibus nomen, ſed nominis hujus
Cauſa, Quod horrenda nocte ſtridere ſolet.

Suada. à Perſuadendo. Quam Græci vocant πειθώ. Dea Romanis Elog.

Suavium, à Suavitate. voluptatis oſculum.

Subciſivum tempus. Quod ſubcidatur horis ſeriis.

Sublicius pons. Dictus quod ligneus eſſet, &

sublicis fulciretur. *Sublicia* enim palus est, seu pertica, quæ in aquis defigebatur, ad pontis alicujus substructionem. *Sublicum*, idem est, quod *sublica*.

Subura. Vicus Romæ sub muro terreo. ita dicta, quod fuerit *sub antiqua urbe*.

Succidanea hostia. quæ cædebatur loco secunda. à *succedendo* dicta.

Sugillare. h.e. *percussione* cutem maculare, ad superficem recipiente se sanguine. Aliqui à *sugo* derivant, quod *succus* ad cutem derivetur. Aliqui vero à Gr. συγγελᾶν, h. e. simul ridendo. illi solent derideri, qui percussionis notas in facie gerunt. Alias tropicè sumitur.

Sumen. venter suillus Romæ in deliciis. dictum quasi, *suis abdomen*. Alii à *sugendo*. sunt qui rumen vocant, à mammis quas antiqui rumas dicebant. *Calidum scis ponere sumen*.

Summanus. Pluto, vel *Manium summus*. Cujus simulacrum fictile fuit Romæ in fastigio templi Jovis Opt. Maximi.

Supercilium. ex super & cilium.

Supparus. & *um*. togæ genus quod *supra induitur*. Ut, *subuculæ*, quæ *subtus induuntur*.

Sycophanta. *Calumiator*. sive delator. παρὰ τὸ τὰ σῦκα φαίνειν, à ficuum dilutione. Vide plura in *Examine nostro Phil.*

Sylvanus. ἀπὸ τῆς ὕλης, h. e. materia, quam vocant

vocant omnium elementorum fecem, unde procreantur cuncta.

Symbolum. & Symbola. Ex Gr. σὺν καὶ βάλλω, h.e. *simul quid confero ad cœnam faciendam.* Veteres cœnam dicebant, quod nos prandium. Vide *Vesperna.*

Syncerus. h. e. *integer*, & illæsus, quasi, *simul cum cera,* diceres. Desumptum ab illis, qui alveorum fructum communem partiuntur. qui mel & ceram pariter dividunt. quod si mel tantum consignent, fraudant socium, nec agunt integrè. sic igitur *purus & sine fuco syncerus* dicitur.

Synedrium. Consessus ἀπὸ τοῦ συνεδρεύειν, à considendo. *Synodus,* ἀπὸ τοῦ συνόδου, quod sit à variis locis congregatio.

Syrma. à Gr. σύρω, traho. Est enim *longa vestis.* Martial. *Aptasti longum tu quoq; syrma tibi.* Hinc grande, *Syrma verborum.* Sic Juvenal. *Grande Sophocleo carmen bacchamur hiatu, Montibus ignotum Rutilis cœloque Latino.*

Syrtes. παρὰ τὸ σύρεσθαι, à trahendo, quod fluctus vi ventorum trahant limum.

T.

T*Aberna.* quasi *trabena.* quod sit ædificium ex validioribus trabibus confectum.

Talus. à *tholo,* Isidoro. qui proprie est umbilicus, sive eminens rotunditas testudinis in templis, unde donaria suspendi solebant.

De ludo Talorum. Vide *Exam. Phil. & Fungorum.*

Taurus. ἀπὸ τοῦ τείνειν τὴν οὐρὰν, h. e. ab extensâ caudâ.

Tegulæ mammateæ. ſic dictæ à *mammarum ſimilitudine*, quæ ad balneas adhibentur.

Telum. dictum ab eo, quod in longum mittatur. Nam apud Græcos τῆλε, ſive τῆλου, longè ſignificat.

Temetum. quod teneat, *vel tentet mentem.*

Temo. à *tenendo*, quod plauſtrum teneat.

Templum. à *tuendo* ab aliquibus dictum, h.e. conſpiciendo, quod ex eo ab omni parte conſpicere poſſimus. Hinc *contemplor*, pro *diligenter intueor.* Primo cœlum ipſum dictum templum, quia hoc primum tuemur. Unde Ennius:

> *Contremuit Templum magni Iovis Altitonantis.*

Terminus. à *terendo* quod hæ partes maximè terantur, propter iter Limitare. vel à Gr. τέρμα, quod ejuſdem ſignificationis. Vel à Deo.

Termino. Hinc *Terminalia.*

Territorium: ubi jus deterrendi. vel *Terriborium*, h. e. bobus & aratro tritum.

Teneſmus. morbus & dolor, in excernendo. quando excrementa muccoſa pituitoſa, etiamſi ſubcruenta. ἀπὸ τοῦ τείνειν, h.e. *extendendo.*

Terra.

Terra. Sic dicta, quod *pedibus teratur.*

Teruncius. Nummus exiguus, à tribus unciis, h. e quartâ libellæ parte.

Tesqua. παρὰ τὸ δάσκιον, quod est umbrosum & opacum, quia loca petrosa & inaccessa.

Testudo. à *testa.* χελώνη. Adi *Examen Philolog.*

Tethys. Oceani uxor. velut τιθήνη, hoc est, nutrix.

Tetrastichon. Ex Gr. τέτρα quatuor, & στίχος versus. sic distichon, quod duobus constat versibus.

Thais. dicta τὸ θαυμαστὸν ἢ θαυμαστὸν ἔχειν τὸ εἶδος, quod ob admirandam speciem oculos omnium in se convertat.

Thalamus. ἀπὸ τοῦ θάλλειν, quod maximè Sponsus & Sponsa in eo virescant. Eustathius παρὰ τὸ θάλπειν deflectit; quod illic conjuges velut calefiant. Vide *Epithalamium.*

Theatrum. ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι. h. e. à spectando. Hinc Amphitheatrum.

Theba. ἀπὸ τῆς θεύσεως, hoc est, cursum bovis. Quod bos Cadmi, quem cum ille sacrificasset, civitatem vocavit Thebas.

Theriaca. ἀπὸ τῶν θηρίων. hoc est, à venenatis bestiis.

Therma. ἀπὸ τ῀ θέρμης, h. e. à *calore*, propriè, *sudatoria*, dicta.

Thesaurus. quasi diceres, θὲς εἰς ἄχειον, quod repositus sit in crastinum.

Theta prima littera in θάνατ☉. significat apud Græc. condemnationem mortis, quemadmodum apud Latinos C. & A. Absolvo. *Qui potis es nigrum vitiis præfigere Theta.*

Thus. ἀπὸ τοῦ θύειν, sacrificare.

Thyades. ἀπὸ τοῦ θύειν, quod est furere. unde & Bacchus Thyoneus dictus.

Thyasus. h. e chorea, quæ Baccho exhibebatur. à Gr. θυάζειν, h. e. Orgia celebrare.

Thymbræus. quasi θεὶς τοὺς ὄμβρους, ponens pluvias. Epitheton Apollinis.

Thyone mater Semeles matris Bacchi, quod fanatico furore concitaretur gravida. τὸ θύειν ἢ θύνειν.

Tigris. sic dicta, quod sagittæ velocitatem cursu videatur adæquare. Quam Medi appellant Tigrum.

Tinea. eo quod *teneat*, & eousque insideat, donec erodat.

Tintinnaculi Viri. Qui ferreas compedes indebant vinciendis, quia *tinnitum* edebant, dum eas accuderent pedibus. à verb. *tintinno.*

Tisiphone. Furiarum una ἀπὸ τοῦ τίειν τοὺς φόνους. quod vindicet cædes.

Tithonus. παρὰ τὸ τιταίνειν. ab *extendendo*, quod ævo vixerit extento.

Toga.

Toga. à *tegendo*, quod corpus tegat.

Tollutarii. ſive tollutares equi, à nonnullis gradarii appellati. Tolutares, à *tollendis*, altero glomeratu, *pedibus*, dicti.

Tomacula. edulia ſunt ex jecore porcino minutim conciſo. à Græco τέμνω ſeco, Juven. ——— *Candiduli dirma tomacula porci.*

Tomacula. Farciminis genus, ἀπὸ τῆς τομῆς, à ſectione.

Tomentum. Lana brevis & conciſa, quæ ex veſtibus à fullone detrahitur. à τέμνω, incido. *Tomentum Circenſe*, erat, quod in Circo Romæ ſternebatur, illicque egeni quieſcebant.

Topiarium. Opus ex arbore, aut frutice, ornatus causâ. vel vitandi æſtus gratia, ἀπὸ τῶν τόπων, à locis, quæ illic varia.

Toreumata. ἀπὸ τοῦ τορεύειν, quod tornare & ſculpare ſignificat.

Torus. Lectus *ab intortis herbis* dictus. Vide Biclinium. Triclinium.

Torulus. à *torquendo*, quaſi *tortulus.* more Athenienſium, habere capillum congeſtum in conum.

Torvus. à *Terrendo*, quaſi tervus.

Toxicum. quaſi diceres, *taxicum.* Quoniam taxus arbor erat præſentiſſimi veneni.

Trabea. Vide *Examen Philologicum.*

Tragula. retis genus. à *trahendo.*

Trama, filum eſt, quod ſtamini ex tranſverſo intexitur. Dictum à trameando, h. e. tranſeundo. *Trepi-*

Trepidus. ἀπὸ τῦ τρέπειν, quod perturbatio vertat mentem.

Triarii. Milites apud Rom. qui tertio ordine collocabantur. Vegetius sextum ordinem ipsis adscribit. Post omnes alios poni solebant, vario genere armorum instructi, ut integri hostem invaderent. Hinc *Res ad Triarios rediit.* h. e. periculosè se habet.

Tribules. quod ejusdem Tribus. *Tribus,* a *tributo dando.*

Triclinium. dictum à *tribus lectis.* Quod aliàs, *lecti sternium.* hinc à *tribus lectis.* Est enim κλίνη discubitorius lectus, & κλίνειν inclinare, vel discumbere. Juven.

Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto.

Trietericus. idem est, quod, *triennalis.* Dicta trieterica, à *triennio.* Nam sacra hæc Bacchi tertio anno fiebant sumptuosiora.

Trilix, icis. quod ex tribus constat liciis. *Licia* sunt fila, quibus in telis textrices implicant stamina. Hinc *trilices vestes*, quæ ex tribus liciis constant, versicoloribus.

Triones. in opere rustico boves, quasi *terriones,* h. e. terræ arandæ idonei.

Tripus. Vide Cortina.

Triphonius. ἀπὸ τοῦ τρέπειν, vertendo. quod mercatorum sit vertere se ad mores nationum.

Trivia. Diana dicta, quod *triviis* præesset. Tria *Virginis ora Dianæ.* Virgil.

Trochæus.

Trocheus. pes dictus propter celerem conversionem. quod celeriter currat in metro.

Trochiscus. Medicamentum planum, in orbiculi pastillique formam redactum. ἀπὸ τοῦ τρόχου, rotâ, cujus refert figuram.

Trochus. παρὰ τὸ τρέχειν. Instrumentum, quod pueri ludentes agitant.

Tropæi. sic dicti venti Altani, ἀπὸ τῆς τροπῆς, à conversione. Iidem cum in mare tendunt, *Apogæi* vocantur.

Trophæum. ex Gr. τροπέω retroverto. propriè monumentum, quod eò in loco erigi solet, ubi victor hostes in fugam convertit.

Trossulus. vel ab oppido *Thuscorum*. Vel dicti sunt Trossuli, obesi, succulenti, *torosuli*, à pinguedine torosâ.

Tuba. à *tubus*, h. e. canalis, à *concavitate* nomen habens.

Tugurium. dictum à *tegendo*, quasi *Tegurium*, quod rusticos adversum cœli injurias tegat.

Tumba. ἀπὸ τοῦ τύφεσθαι, à comburendo. Græcis concavum locum significat.

Tumultus. Dictus quasi, *timor multus*. sic tumultuarius Dux, qui in tumultu eligitur. Tumultuaria dictio, scriptio, oratio.

Tunica. quod tueatur corpus.

Turris. à *terrendis hostibus* dicta, ut Arx, ab *arcendo*.

Tutuli. Dicti, quod fierent *tuendo capiti*. Erat enim

enim *tutulus*, ornamentum capitis Flaminiarum. Viri quoque hæc ſibi inſignia in ſacris uſurpabant.

Tympanites. Hydropis genus periculoſum, ventre *tympani ſonum* imitante.

Tympanum. ἀπὸ τοῦ τύπτειν, quod pulſare, aut verberare.

Tyrannus. Aliqui dictum hunc putant à *Tyrrhenis*, qui latrociniis inſignes.

V.

V*Adimonium*. à *vadando*. Vadari enim ſignificat, vadimonio obſtringi.

Vafer. dictus quaſi, *valde Afer*. Mira enim eſt ejus gentis calliditas.

Valvæ. quod introrſum *revolvantur*.

Vallis & *es*, quod hinc atque illinc vallata montibus.

Vbera. quod *ubertate* lactis ſcateant. Vel, quod *uvida*, & uvarum in morem lactis humore ſint plena.

Vas. Iſidorus à *veſcendo*, ut ſit receptaculum eſcarum.

Vates. à *Fando* ſecundum aliquos. Quaſi *Fates* à Gr. dicti μάντεις, & προφῆται. inprimis quando ἐνθουσιασμῷ rapti in alium mentis ſtatum. Vide Tit. *Poëta* in Florilegio Philologico.

Vaticanus. mons Romæ à *Vaticiniis* dictus, trans Tiberim, ubi hæc fieri ſolebant. De

Vati-

Vaticanâ Bibliothecâ constat omnibus. Vel à *Vagitano Deo*.

Vecors. Quasi, *sine corde*. ve particula interdum significat privationem. Interdum augmentationem.

Vectigal. à *vehendo* dictum. Hodie latius sumitur, quam apud antiquos. Nunc publica sunt vectigalia, quæ Fiscus accipit.

Vectis quod manu huc illuc vehebatur. Est enim instrumentum, quo ostia claudimus.

Vejupiter. qui & *Vejovis* dictus. apud Martianum *Vedius*, quasi parvus Jupiter, à *Iove* & *Ve*. quemadmodum in *Vecorde*. sic *Vegrande frumentum, parvum frumentum*. Vel Vejupiter, quasi *malè juvans pater*. Hujus simulachrum in Capitolio exstabat, cum sagittis, nocendi argumento.

Velabrum. Locus in urbe juxta Aventinum montem, in quo *vela* obtendebantur, sub quibus oleum & similia vendebantur.

Velati. Dicti, qui caput cinctum licio laneo habebant. manus quoque velatæ. Virgil. *Præferimus manibus vitas, & verba precantum. Velatis manibus orant*. Plaut.

Velites. milites sunt levis armaturæ, quasi *velati*. Alii à celeritate dictos, putant, quasi *Volites*.

Vellus. Lana dicta à *vellendo*. Quod ante, tondendi rationem, lana soleret velli.

Velum.

Velum. à Varrone derivatur, à *velleribus*, quod ex ovium velleribus fierent vela, quibus homines tegebantur.

Velox. à volando quasi *volox.*

Vena. quod sanguis per eam *veniat.*

Venia. quod optanti *veniat.*

Varro. à *vehendo*, quod velis & navibus eò ferrentur, Aventino à montibus per paludes diviso. Hinc *Velaturam facere* dicebantur, qui operam suam collocantes mercede ex vecturâ vivebant. Vide *Fungerum.*

Ventus quod veniat ab omnibus locis. Vide de Ventis *Examen Philolog.* & *Fungerum* in Litt. *Ventus.*

Venus. à *veniendo*, quod ad omnes veniat. ἄφρων. Culta fuit Venus à Lacedæmoniis cognomine μόρφω, pedicis circa pedes obvoluta, quod vincula facilè injiciat amantibus; propositâ voluptate. Orta maris spumâ est, quare ἀφροδίτη dicta. quod descendit ἀπὸ τοῦ ἀφραίνειν, insaniendo.

Vepres. Spinæ genus, quod tenaciter quasi *vi prætereuntes prendant.*

Vermis. à *vertendo*, Quod rependo torqueat se & vertat.

Vermina. teste Festo, dicuntur ventris tormina, cum intestina minuto motu, *quasi vermibus* scindi videantur.

Verres. Hunc Cicero à *verrendo* derivat. qui furtis non unam civitatem, sed totam Siciliam spoliavit.

Versu-

Verſura. Eſt mutatio, ſive inverſio creditoris. Unde, *verſuram facere* dicuntur, qui pecuniam fœnoris accipiunt, ut aliud æs alienum diſſolvant. Mutatur ita creditor in verſurâ.

Verſus. à *vertendo*, quod antequam legitimos numeros accipiamus, toties verba cogamur invertere.

Vertigo. Dicta, quod ob oculos eorum verticoſa & rotatilia quædam circumagi videantur. *Vertigo* quoque in Manumiſſione vox nota.

Vertumnus. quod ſit Deus rerum vertendarum.

Verutum. à *veru* dictum, cujus ſpeciem habet. Telum verò eſt breve & acutum.

Veſta. Vide Exam. Philologicum. *Vi* ſc. *ſtando* veſta vocatur.

Veſcus. à particula augmentativâ *ve* & *eſca*. Hinc Virgil. *Veſcum papaver*, dixit. *Veſculi homines*, h. e graciles & malè curati. ſic *Vejovem*. dicimus, h. e. adverſum. ut *Vecors* & *Vegrandis*. Ità liquet: quod *ve*, aliàs privativa, aliàs augmentativa ſit particula.

Veſperna. à *veſpera* dicta. Nam veſperna propriè eſt cœna.

Veſpertilio. Qui Mus alatus dicitur. Dictus ita, quod *veſpere* ſe ad volandum proferat. Sic & dicti Debitores, qui ſolent ad diluculum metu creditorum incedere.

Veſpillo.

Vespillo. Cadaverum funerator, quod vespertino tempore mortuos efferre soleret.

Vestibulum. à *ve* & *stando.* quod multum in iis staretur. Alii *Ve* privativo, quod non starent; sed pertransirent modò, & sit *vestibulum;* quasi, *non stabulum,* ut Vesanus, non sanus. sive quod januam *vestiat;* vel à *Vesta,* quod ea pars inprimis Vestæ sit sacra.

Vestis. à *velando.* Interdum *pro barbâ* sumitur, ut apud Virgil.

Aurea Cæsaries illis, atque aurea Vestis.

Hinc *investes* dicimus imberbes.

Vibex. signum verberis in humano corpore, *quod vi fiat.* Puteal vibice flagellat. Vide *Examen Philol.*

Viduâ. Ex particulâ intensiva Ve & antiquo *Iduare, dividere* signif. Alii ex *Ve* & *duo,* h. e. *sine dijutate.*

Vindex. : *Vindicio,* servo, quoniam de reducendo Tarquinio conjurationem detexit. Est igitur vindex, qui se ex servili conditione in libertatem vindicavit. Vide *Examen Philolol.* Juvenal. Sat. VIII. *Occulta ad patres produxit crimina servus Matronis lugendus.* intellige Vindicium servum, qui scelera filiorum Bruti patribus indicavit. Cui ob hoc indicium pecunia ex ærario, libertas & civitas donata. Ab hoc vindicio Vindicta nomen habet. per quam servi in libertatem adserebantur.

Vinum.

Vinum. Quod *vim menti* inferat. adi *Florilegium* noſtrum, & Funger m.

Vinalia. dies feſtus, quando vinum Jovi libabant.

Vinum. Gr. οἶνος. quod Plato derivat ἀπὸ τῆς οἰήσεως, opinatione. Vel οἶνος ἀπὸ τῆς οἴνης, quod veteribus *vitis* dicebatur. Vel ab ὀνήσεως utilitate. Vide de hoc Catalogum in *Etymologico* I. F.

Viola. Quod *minime violanda*. Pudicitiæ ſymbolum.

Vir. a *Vi* & *virtute* dictus. Virorum propriè eſt fortem & generoſum eſſe ſuis Virtutibus.

Virgo. à Viridiori & *validiore ætate* dicta.

Viſceratio. à crudæ carnis & *viſcerum diſtributione*, quæ fieri ſolebat in ſoleum feſtivitate.

Vitis. ab *invitando*, quod nos ad uvas & vina invitet. vel à vicinis arboribus, quibus reptando ſe alligant. Græcis ἄμπελον dictam volunt, διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἔχειν τὸν πηλὸν, quod vinum in ſe contineat. Nam πήλος ſignificat vinum. *Vitis*, vel vico, flecto, ut ſupra.

Vitulari. h. e. lætari. Vituli enim propriè vitulari, id eſt, laſcivire dicuntur. *Vitta*. à vinciendo, quod vinciant aliquid ac nectant.

Vmbilicus. Ex Gr. ὀμφαλός. *Vmbiliſecæ*, obſtetrices, quæ umbilicos infantium deſecant. ὀμφαλοτόμαι.

Vnda.

Vnda. dicta. quasi *una & in se coacta.*

Vncia. vide As. ab *unitate.* Sic & *Vnio.* Vide Margaritæ.

Vnxia. Dea quæ sacris unctionibus præerat. quando matrimonia celebrabantur. Vide *Vxor.*

Vola. pars manus, sive pedis. Hinc *volo,* idem quod pedes moveo.

Volema, & *Voconia* sunt pyra grandia, eò quod impleant volam. *Volones,* erant apud Romanos milites bello Punico, qui cum deessent, qui scriberentur, pro dominis pugnaturos se polliciti, & in civitatem recepti sunt. & *volones dicti,*

Vomica. à *vomendo,* quod pus evomat.

Vpupa. à voce ποῦ, ποῦ, ubi, ubi: quam edere videtur.

Vrbs. ab urvo, aratri curvaturâ, quod antiqui, junctis bobus aratro circumagebant sulcum, intra quem urbem ædificabant. Quidam ab *orbe,* quod sulcus in orbem duceretur. Nam antiquitus civitates in orbem fiebant.

Vrina. à Gr. οὐρέω, h. e. urinam facio.

Vrinatores. qui se in aquam præcipitant, ad opera hostium destruenda. De quibus Curtius in obsidione Tyri.

Vrna. sic dicta, quod in aquâ hauriendâ, *quasi urinet,* hoc est, mergatur, & emergatur.

Vrtica.

Vrtica. ab *urendo.* Quæ & ſumitur pro libidinis pruritu. Juven. unde.

Hæc tetigit, Gradæve, tuos urtica nepotes?

Vſura. ſic dicta, quod uſu acquiritur. Eſt enim fœnus, quod ſorti, ſive capiti accedit.

Vva. ab *uvido.* Sumitur pro ipſo latice & liquore. *Latex*, à Latendo *Vulpes.* quaſi *Volpes*, quod pedibus volet.

Vulcanus. quaſi Velicanus, quod præ ſe ferat in volando canitiem. Siquidem is ignis, quo utimur, & qui adhæreſcit materiæ, aëri tamen permixtus, eſt Vulcanus. Varro à majore vi ignis & violentia nomen accepiſſe tradit. *Prudentius:* Ipſe ignis, noſtrum qui ſervit ad uſum Vulcanus perhibetur.

Vxor. ſic dicta, quaſi *Vnxor*, ab ungendo. Nam cum puellæ nuberent apud veteres, ac mariti domum intrarent, axungiâ poſtes inungebant. Vide *Florilegium noſtrum* & Sat. Juvenal. VI. *Sic fiunt octo mariti, ſi creſcit numerus.* ad octavum enim maritum uxori licebat nubere.

Z.

Z*Elotypus.* ex ζῆλος, æmulatio, & τύπος forma. Hoc verbo ſignificatur ſuſpicioſus in amore, ne quis perfruatur, quod ipſe amat.

Zephyrus. ὁ ζωὴν φέρων. quaſi ζωόφορος, quod vitam

vitam ferat, quem Plinius vocat genialem mundi ſpiritum.

Zodiacus. ἀπὸ τῶν ζώων, à figurâ animalium. Unâ enim Librâ exceptâ, cætera ſunt ſigna vitalia: Eſt circulus in Sphæra, qui dicitur alio nomine obliquus. *Duodecim continens ſigna,* per quæ Sol incedit.

Zona. παρὰ τὸ ζωνύειν, h. e. cingendo. Hac ſe mulieres cingere, ventremque adſtringere ſolebant. unde Martialis:

Longa ſatis nunc ſum, dulci ſed pondere venter
Si tumeat, fiam tunc tibi Zona brevis.

Ovid. *Ventre minor Zona eſt, tunicarum vincla relaxat,*
Vt poſſet magnas exeruiſſe manus.
Quinque tenent cœlum Zonæ, &c.

Adi Examen Philologicum.

F I N I S.

CENTURIA EPIGRAMMATUM

Ad Amicos.

Nobilißimo Viro,

D. THOMÆ ab EGMOND à NIEVBVRCH.

Consuli & Scholarchæ Alcm. &c.

MAgne Vir, *in Batavis Rerum tutela mearum,*
Et Princeps doctæ Nobilitatis honor,
Hîc lege Neuhusii *calamo digesta per orbem.*
Pieridum sacra nomina digna tuba.
Splendeat utque suis divina Alcmaria *lauris,*
Et poßit reliquis urbibus esse Caput.
Cuî damus hîc pulchram titulis & Apolline famam,
Vt porrò Vatem protegat illa suum.
Et mea non sterili Pallas pascatur avena,
Vel sale conditus sit minus iste labor.

Amplißimo Viro,

D. THEODORO VRYBVRCH, M D.

Consuli Alcmariano & Scholarchæ, &c.

INclyte Mecænas, *cujus sub Numine dextro*
Ferre solet pretium nostra Minerva suum,
Hîc opus Auspiciis, ac defensoribus iisdem,
Vt mea tranquillis Cymba feratur aquis.
Ingredior vastum dubiis Aquilonibus æquor,
In quo non partes AEolus unus habet.
Sed, ductu, Palinure, *tuo Cyclopea saxa,*
Iam fugimus dudum, Scylla nec ulla nocet.
Pergimus Aonides lato dare Carbaso Ponto:
Nobiscum hîc magni Diique Deæque natant.

Nobilißimo Viro,

D. JACOBO DE VEEN, IC.

Prætori Alcmariano, &c.

MVsa rogat, paullum differ vadimonia, Prætor.
Et sileant solito jam Tria Verba *Foro.*
Donec thure pro venerer tua templa, Sacerdos,
Auspiciisque tuis nostra Thalia litet.
Hoc est, Cecropia præcinctum stare coronâ;
Hoc est, ingenuam promeruisse Togam,
Pallada post domitam, vitiis indicere bellum,
Et se Principibus posse placere Viris.

Nobilißimo Viro,

D. CORNELIO à TEYLINGEN, IC.

Consuli Alcmariano.

IN tua, Teylingi, *scandunt Capitolia Musa,*
Ausim quò magnis Vatibus ire Comes.
Non assueta manus bellis, non Martia turba
Nos sumus. Imbellis stringimus arma Togæ.
Pierides sumus innocuæ, pia turba, Poëtæ:
Heroum in laudes ore diserta cohors.
Hic facili, Spero, se cardine limina pandent,
Et placeat Phœbo, posse vacare Iovi.

Amplis-

Amplissimo Viro,
D. IOANNI STENHVSIO, RYPP.
Consuli Alcmariano.

NOluimus, Batavi, periturae parcere chartae,
Qui modò, Centurias, *agmina, toia, damus.*
Tessera militiae nostrae sunt Palladis arma,
Qualia non cudit Mulciber aere suo.
Sunt lepidae hîc voces, sunt & poppysmata docta,
Et calamo Vatis tinctile virus abest.
Optime Steen-Huysi, *quando vocat hora legenti,*
Et mens non laeva est, otia nostra lege.

Nobilissimo Viro,
D. CORNELIO SONNEVELT, IC.
Consuli Alcmariano.

SOnveldi, *meus iste labor, ne Numine dextro*
Iam careat, faxit cura laborque tuus.
Pieridum longè jam saxum volvimus illud,
Et sub Sysipheo pondere pressus ago.
Debetur nostris sudoribus area major,
Et tandem in Batavis plus salis esse mihi.
Scribimus Alcmeriae meritas in saecula lauros,
Et toties vestrum Littera nomen habet.
Quare age, Te nostri meniorem nunc siste, Senator,
Inque tuum Vatem pondere vergat amor.
Post Fasces Sacri Imperii, Divûmque labores,
His tibi Sarcinulis ritè placere potes.

Nobilißimo Viro,

D. IOANNI à NIENBVRCH, IC.

Consuli designato.

AVrea Saturni est ætas, & Virgine digna,
Cum redit à cælis in sua Sceptra Themis.
Cum Legum probitas in civem Iura tuetur,
Et Virtus primum poßidet alma locum.
Præreptosque sibi luget plebecula Fasces,
Et sua jam Livor vincula mordet iners.
Hoc fato stant regna suo, Regumque triumphi,
Imperiumque tenet cum Iove Belga suo.
Quæ nova temperies astrorum, & digna vetustis
Moribus Erigone sæcula nostra subit:
Dum tua, Niburgi, *meditatur Rostra Iuventus,*
Et Pietas geminas accipit inde faces.
Quem florere diu Almeriæ *Populusque Batavûm,*
Omnibus in sacris Fæmina Virque rogant.

AD EVNDEM.

Cum novam Domum ædificaret.

PYramidum cælo dum molem educis & Arces,
Ni-Burgi *verum nomen & omen habes.*
Qui, pridem clavi titulis & honoribus auctus,
Fundamenta tori *pulchra,* Forique *locas.*
Et, tangens superos geminis Virtutibus axes,
Officium Batavo ritè Deoque facis.
Quæ monumenta inter speciosaque marmora tecti,
Dulce Tibi in Thalamo gliscit Amoris opus.

Unde

Unde pro Generi, Fortuna stante Nepotum,
Arcibus utque istis incola clarus erit,
Et, post Imperii fatum, fæcundaque Matris
Oscula, se tollet fama decusque tuum,
Dii modò propitient præsentia! Staminis albi
Lanificiæ & ducant pensa benigna manu!

AD EVNDEM.
Cum mitterem Novæ Edit. Epistolas.

NIburgi, *meus hic fœtus nunc prodit in auras,*
Et se sub vestro nomine tollit humo.
Præpetibus pennis ausus se credere cœlo
Nil metuens Syrtes, Icariasque vias.
Causa mea est melior. quia mecum Gravia *tranat*
Nubila, & auspicio candidiore favet.
Et tuus hic mecum graditur per inania Phœbus,
Gaudet ubi sacra lege coire Tori.
Et rursum veteres oculo spectare triumphos,
Cum præda Auriaco Ganda vel Hulsta foret.
Sed, nunc Plus *thalami fines protollitis* Vltra,
Diceris & pulchra prole toroque Pater.
In Te, Magne Virum, *faveat Fortuna labori,*
Inque tuos semper Littera testis erit.

Consultissimo Viro,
D. CORNELIO SCHAGEN,
Syndico & Senatori Alcm.

SIc *Tibi,* Magne Virûm, *videor sine fronte Poëta,*
Et nisi per titulos ambitione rapi.

Regia quæ non est ad Honoris *semita Templum :*
Vnde omnis longè debet abesse Pudor.
Da veniam. Sæcli sic me malus abstulit error :
Sponte sua Musis janua nulla patet.
Ergò, Mecænas, *sequimur quò non sit eundum.*
Sed, malò, ad palmam spontè feratur Equus.

Amplissimo Viro,

D. IACOBO SCHAGEN, HOOCH LAND.
Exconsuli & Senatori.

HOochlandi, *tua sint nobis hîc Numina præstò,*
Dum sua Pieridum præmia poscit honor.
Cujus ab auspicio major fiducia surgit,
Et Poterit Phœbo pulchrior ire dies.
Publica, Gymnasium, res est. Tu, Magne Senator,
Otia da Musis liberiora meis.
Ne cum Lernæis luctandum in pulvere Circi,
Annonæque premat nos diuturna lues.
In Te magna mei pars inclinata laboris;
In Te quid pulchri Littera nostra locat.

Amplissimo Viro,

D. GVILIELMO CORENIO, IC.
Senat. Alcm. Dynastæ Dition. Neob.

ADspice, Coreni, *quid portet Epistola monstri,*
An Forsan Batavâ digna sit aure legi.
Vtraque testatur quos pagina fecit amicos,
Materia numeros suppeditante suos.

Nec satis est nobis uno decurrere campo:
Pro re, proque loco symbola dictat amor.
Qui modò Pimplacos cum Phœbo scandimus axes.
Mox iterum Vatem Musa pedestris habet.
Miscemus pariter docti commercia rerum,
Inventumque nova relligione placet.
Falle diem nostris sacris, ô Chare Coreni,
Neuhusiumque *tuum pectoris abde sinu.*

AD EUNDEM.

HIc Tibi, Coreni, *felix eluxerit Annus,*
Sitque Tuis, *multi fons & origo boni.*
Ut ducas longos chara cum Conjuge Soles,
Filius *& multa pallade clarus agat.*
Filiaque *in plenos adolescat nubilis annos,*
Quod tua lætetur Mater, *& ægra* Soror.

Amplissimo Viro,
D. CORNELIO Vander GEEST, IC.
Senatori & Secretario.

ERgo age morosum, Vates, suspende Tribunal,
Et paullum solitus cesset in arte labor.
Neuhusius *tecum jam gaudet jungere dextram,*
Et Corneliadem demeruisse sibi.
Qui nunc Magnatum meritis suffragia quærit,
Inter quos, Geesti, *nomina magna geris.*
Unum oro, sacrum ob Phœbum, Suadeq; medullam,
Officii ratio stet tibi pulchra mei.
Et, quando Proceres inter Schola nostra loquetur,
Dignetur Vatem Calculus iste tuus.

Amplissimo Viro,

D. JACOBO BAERT, IC.

Senatori & Scabino.

QVæ meus in multos calamus digessit amicos,
Hîc unâ coram cernere fronte potes.
Pieridum sacras in sæcula mittimus artes,
Nec patimur, cedant Nomina vestra togis.
Respice Musarum fasces & Fata, Senator,
Vt meliore sui sorte Palæmon agat.
Talibus auspiciis floret Respublica: quando
Sunt Mecænatum Numina, Phœbe, tibi.

Amplissimo Viro,

D. JOANNI STEENHVYSEN, BAERTS.

Senatori Alcmariano.

INter honoratæ, Steenhuysi, *nomina Gentis,*
Ingenuis fas est Vatibus esse locum.
Quorum cum Superis certant Insignia, Lauri,
Quas Pietas juxta Nomina, celsa locat.
Auspiciis, Vir Magne, *tuis quod sæpe probasti,*
Cum Petere Aonidum tecta laremque soles.
Annue nunc nobis etiam, post pulpita nota;
Et placeat nostrâ scripta tabella manu.

Consul-

Consultißimo Viro,

D. HENRICO DRVYFF. Advoc. & Senat. Alcm.

DElicia nostra, Druyffi, *Phœbique corona,*
Et nunc in Batavis gloria prima Mei:
Accipe, sed facilis, veteris dictata Magistri,
Et placeant, Genio quæ placuere meo.
Vtque soles, oro, Senecam præferre Neroni,
Sic nunc officiis utere ritè tuis.
Argumenta dabit Vobis provincia dura,
Res angusta foris, difficilisque labor.
Possum, jure, tuis studiis incumbere , Druyffi,
Cui vitæ & morum regula prima fui.
Dii faciant, tuus in melius nitatur Apollo,
Et majora tibi, tempore, præstet honor.

Nobilißimo Viro,

D. JACOBO NEOSTADIO, IC.
Senatori Alcm.
Ad Comitia Holl. Deputato.

SIc etiam nobis vellet Neostadius *aurem,*
Et pulchrè in Vatum tempora testis adest.
Cujus præclaræ quondam sub nomine Gentis
In Batavis iterum Musa renata fuit.
Iustitiaque pium cepit florere tribunal,
Et legum pœnas ritè timere nefas.

Salve,

Salve, Magne Virum! *quo nunc sub Iudice Apollo,*
Pieridumque magis floruit artis honor.
Nunc hæc in serosprotrudis donã nepotes,
Et pretium es nostro grande decusque foro.
Exprimit has artes animumque illustrior Alter,
Pluribus & statuis non caret illa domus.
Hoc optem! meus ex illo quid Spiritus igne
Hauserit, ut fama non minor esse queam.

Nobilißimo Viro,

D. PETRO WALTA,

Illust. ac Præpp. DD. Ordd.

General. multis meritis & annis

DEPVTATO.

SIc etiam Heroum, pennis sublimibus acta,
Ausa est porticibus nostra Thalia loqui.
Et Batavos ultra calamo perrumpere nubes,
Inque Deum medias se penetrare domos.
Inde tuos in rure Lares & adire labores,
Tollit ubi cælo machina tanta caput.
Et se Frisorum *majestas explicat omnis,*
Inque suo Virtus conspicienda sinu.
Hic inter doctas Nymphas, viridesque Napæas,
Alloquitur magnum Littera nostra Iovem.
Carceribus fac currat equus. Spatiumque furori,
Concede Aoniis, Vir Genorose, sacris.

Illustri

Illustri Viro,

IACOBO CATZIO, *Equiti.*

Magno Holl. Syndico,

& ad

BRITANNOS LEGATO.

SIste gradum, CATZI: *cælo non creditur isti.*
Integra non Batavûm lintea puppis habet.
Istaque finitimos meritò vestigia terrent :
Cum vix hinc siccâ morte redire licet,
Dira Thyesteæ fervent hîc fercula mensæ,
Et sua non raro sanguine stagnat humus.
Hîc trux in Dominos acuit Mecœntius iras,
Carnificisque manu Cæsa Tiara jacet.
Non tam Scylla vorax , non sic infesta Charybdis,
Stymphalicæque domus plus feritatis habet.
Ergò animam dubiis noli committere ventis,
Et nunc hyberno sidere inire viam.
Canitiemque tuam primo objectare furori,
Parcere qui nescit Regibus ipse suis.

AD EUNDEM.

OMnia tuta Tibi spondes terraque marique,
Dum pia LEGATUS *munia jussus agis.*
Inque Caledonias properas securior oras,
Vtilior Patriæ Rebus ut esse queas.
Vnanimesque tuæ Genti sociare Britannos,
Vt Pax sit nobis tutior inde domi.

In

Amplißimo Viro,

D. PIBONI à DOMA.

Ad Comitia Belgicorum Ordinum

LEGATO.

HIc etiam nobis sua nomina commodat orbis.
Quis stupuit nomen, Maxime Doma, *tuum,*
Cum Procerum nuper mediis consessibus aulam
Suada tua attonitam fulmine & ore daret.
Et tibi tunc soli Dicenti assurgeret uni
Purpura tot Regum, Curiaque ista Patrum.
Magne Virûm! *dedit hanc nobis provincia laudē,*
Vt te ritè mea voce Poëta canam.
Iisdem qui tecum signis Aquilisque Minervæ
Olim militiæ castra sequutus eram.
Nunc pariter Sparta insignes & Apollinis arte
Finitimos inter Nomina clara sumus.
In testem veteris Recti, charique Cleantis,
Hæc tibi Amicitiæ pignora Doma, *damus.*

Nobilißimo Viro,

D. IOHANNI à NIENBVRCH, IC.

Exscabino Alcmariano.

EXspectat, Neoburge, *tuos mea Littera plausus,*
Quam Tibi Filiolus, porrigit, ecce, manu.
Quæ tantò vestras intrat securior arces,
Tu quantò Phœbum diligis ipse magis.

Cui

Cui Latium, & veteres coram lustrare Quirites
Contigit, atque oculis iste probatus honos.
Et cui tot vivos aperit Sapientia fontes,
Inque suo est habitu conspicienda Themis.
Unde sibi pulchros, Batavo hæc spectante Nepote,
Posteritas fructus utilitate metet.
Magne Virum! *Latias ausim Tibi mittere Musas,*
Qui plenum Latio. Numine pectus habes.

Illustri Viro

D. IOHANNI à WYNBERGEN JC:

Senatori.

Et Acad. Hardervic.

CURATORI.

SIc quoq; per medios mea Musa effusa Sicambros,
Ausa est in titulos ire superba tuas.
Sub specie ut veteris Recti, officioque pudoris
Ingentis meriti sit memor illa Tui.
Quo pridem potuit sub judice major haberi,
Et propiore suis vatibus esse loco.
Inque triumphalem cum Phœbo scandere currum,
Unde sibi constans fama talisset opem.
Sed, visum est Fatis aliter, Batavæq; Minervæ:
Sub quâ nos modico fine palæstra tenet.
Nec spernenda Togæ nobis hîc munia: Quare
In Latio pudeat nomen habere foro.
Argumenta meis numeris Wynbergius *addit,*
Neuhusium *ex toto dum jubet esse suum.*

No-

Nobilißimo Viro,

D. TOMÆ HONERDO IC.

Patrono suo.

PRæferimus magni Titulos & Nomen Honerdi:
Cur magè se solitâ Littera tollit humo.
Non adversa meis, oro, sint Numina Musis,
Clarior ex illo Numine Musa mea est.

Nobilißimo Viro,

D. REINERO CASEMBROTIO IC.

Senatori & Illustriss. Com. GULIELMO
Gubernat. Frisiæ à Consiliis.

SPonte suâ vestram, Casebroti, *currit ad ædem*
Littera: vix aliquo læsa pudore sui.
Dant veniam Musæ nobis. Animosior ausim
Cur Proceres inter Nassoviosque loqui.

AD EUNDEM.

SIc redit ad longo non visam tempore Matrem
Filius, & gaudet carcere liber equus.
Cui nunc à Musis pridem data plena potestas,
Publicaque applausum porticus ipsa tulit.
Scilicet in lævâ Iuveni nunc parte mamillæ
Plus salit, & stimulos ipse ministrat HONOR.

Illustri

Illustri Viro,

D. DANIELI HEINSIO.
Equiti, &c.

SAncte Pater vatum, Tibi nunc has struximus aras,
Litteraque hæc meritò jam tibi thure litat.
Dic, tuus ut paullum quoque cesset Delius antro,
Ut poßit vacuo Littera nostra legi.
Prima sed auspicio decurrit pagina scævo,
Quà memor Ascanii redderis usque Tui.
Quæ ne quid noceant, Cingamus baccare frontem;
Tutus in Elysiâ valle Forestus *agit.*

Celeberrimo Viro,

MARCO ZUERIO BOXHORNIO,
Eloquentiæ & Historiarum Professori.

MAteriam nobis famæ BOXHORNIUS *auget,*
Quando nos notâ de meliore probat.
Hoc unum doleo, ac plenum facit esse pudore,
Quod mihi sit Suadæ res nimis arcta domi.
Et non una pium vatem deterreat unda,
Quæ sinat ex vero dicere posse virum.

Ad Nobilißimum Virum,

D. THOMAM ab EGMOND à NIEVBVRCH

Consulem & Scholarcham.

EPIGRAMMATA SACRA.

Pro Auspicio Anni cIↃ IↃc LII.

I.

Dum novus exoritur stellis rutilantibus Æther,
Et Phœbus fræno liberiore ruit!
Quàm cupiam Vates nunc in mea sacra renasci,
Et Clario Musas teste probare meas!
Quas inter, Neöburge, *tuum, plaudente Minervâ,*
Hîc primo nobis limine nomen adest.
Sed, decus Ingenii spatiosum angusta coaractat
Pagina; Mæoniis versibus illud eget.
Nec monstrare queo, quæ sentio pectore tantum,
Quæque suis mecum sunt moritura rogis.
Oceano meritorum, ac magnæ molis acervo
Obruor, & numeris munera vestra carent.

II.

Nunc voto & precibus fervent Delubra Deorum,
Nunc Pietas animos relligiosa tenet.
Et, quæ per totidem siluere oracula soles,
Nunc hæc ore suo cuncta sacella tenent.
Quisque suis vitiis animos & pectora purgat,
Auspicioque suo Numinibusque placet.

Pro-

Propositumque sedet, non irritare Potentes,
Offensisque suis aut violare Deum.
Exemplis ostende fidem, castissima turba:
Arguit exemplum, non bona verba, fidem.

III.

Nos alio Isacidæ Pietatem teste probamus;
Nec fas est ficto thure litare Deis,
Purum animum, purasque manus, & pectora pura
Nos tibi, Cœlipotens, Pallade teste, damus
Deterior non vita mea est, quam vota fuerunt:
Respondent vita votaque cuncta suæ.
Quaque Deum colimus nunc religione Poëtæ,
Sic etiam exemplo turba modesta sumus.
Et, quo nunc ritu genua incerare Deorum
Convenit, hoc superum ritè probamus ope.

IV.

Optime Mecænas, aperit dum Lucifer Annum,
Confecitque suam sueta per astra viam:
Hoc recto vultu Superos, hoc pallidus opto,
Vt tibi sint cœli Numina prona diu.
Auspicisque tuis, vacto quæ credita Ponto,
In portum veniat publica cymba suum.
Et non à gelido surgant Aquilone procellæ,
Vnde sibi Batavus tristia damna ferat.
Omnia sed Fati decurrant Legibus æquis,
Et nos, Te nobis sospite, Phœbus amet.

V.

Post tristes Hyadas, Fatum & miserabilis anni,
Aurea fac redeant sæcula, Iane Pater!

Et tanden incipiant longi procedere menses,
Cumæa nobis vaticinante bonum,
Ac Lachesis serò nisi falcem libret in ictus,
Dans Mecænati tempora cana meo.
Sospite Quo Natum faciat Cornelia patrem,
Gracchiolosque sibi sedula Mater amet.
Et circum blandos videat cunabula flores,
Inscriptos olim Nomine DULCIS AVI!

In

MERITA AURIACA

Nobilissimi Viri,

D. JOHANNIS FORESTI IC.

Senatoris summi.

POETÆ EXIMII.

CErnimus Auriacas *hîc pulchrò carmine Lauros,*
Alteraque Augustæ clara trophæa Domus.
Olim quas Batavis ferro Mauritius *urbes,*
Subdidit, ac latè strenuus arma tulit.
Ipsumque Æacidem longinquo ut fregerit orbe,
Non uno Oceano tunc famulante sibi.
Belgica Libertas quo solo vindice contra
Tot Bellorum acies intemerata stetit.
*Hæc calamo,*Foreste, *tuo nunc acriter urges,*
Cum Ducis Auriaci *facta stupenda canis.*
Sic cum laudato crescit laudantis arena,
Cumque suo Vates Principe Victor ovat.

AD EUNDEM.

Cum Librum XIII. Æneidos scripsisset.

Antiquæ Veneres sic priscâ in veste revertunt
In Batavis, Cyrrhæque iterum manare lepôres
Incipiunt. Docet hoc excellens vena Foresti,
Musarum Legumque Patris. Quo Vindice major
Surgit honos Rutilûm Regi, regnoque Latino.
Et Iuturna sui Fratris felicibus urnam
Adspergit lacrymis: gaudens in fonte renasci
Tunc Numico, ut fidum Turni testatur amorem.
Credite: non nostra ex toto deferbuit ætas,
Aut obtusa adeo gestamus pectora Belgæ,
Vt non sæpè aliquid Divis & Apolline dignum
Prosiliat, nobis & pulcher origine Cæsar
Nascatur. Nunquam deêrit mens enthea Vatum,
Si Mecœnatum Musas sufflaminet ardor.

In

EJUSDEM

Hispanum Reducem.

Hic legis, ô Lector, Siculo majora tyranno,
Quæque tuus quondam Belga sub hoste tulit.
Quàm crudelis Iber laxârit fræna furori,
Cum nondum poto sanguine, plenus erat.
Innumerasque suis viduaret civibus urbes,
Tanquam si nihili res, Homo, nata foret.

Cum

Cum jam deficeret consumpta in compede ferrum,
Inque suum doluit flebile Lictor opus.
Hæc Tibi Forestus *vivis incudibus ornat,*
Exemplo ut discas, Belga, cavere tibi.

In
EJUSDEM
Effigiem.

TAlis erat magni facies generosa Foresti,
Hispanis quando jure timendus erat.
Qui, par Mæonio, fortem se librat in ictum,
Et calamo Vates bella disertus agit.

Aliud.

Omnibus ardor inest, titulis ornare Forestum,
Illius & multa cingere fronde comas:
Frustra materies sed Famæ quæritur Illi,
Materiem famæ sufficit Ipse Sibi.

Aliud.

Vos, quibus Heroum mos est in imagine vultus
Ducere, & æternas sculpere in ære notas:
Nemo Forestum *ex vobis bene sculpserit unquam;*
Effigiem Æterni sculpsit at Ipse Sibi!

In

EJUSDEM

Obitum.

HIc nunc, quod doleant Batavi, Vatesque Batavum,
Raptus inopina morte, Forestus *obit.*
Æternumque silet tantæ Facundia Suadæ,
Cur Phœbus Tripodes oderit Ipse suos.

Aliud.

Auriacum *nuper Batavæ flevistis Athenæ.*
Belgica *præsidiis cum foret orba suis.*
Forestum *meritò nobis nunc flemus ademptum,*
Musa *patrociniis cum fiat orba suis.*

Aliud.

Post factum Patriæ Foresti *à funere vulnus,*
Maxima, Vryburgii, *vulnera facta tibi.*
Qui propiore pium tangebas sanguine vatem,
Et plus Hunc aliis jure dolere potes.

Apotheosis

EJUSDEM.

FOrestum *in terris satis est potuisse videri.*
Hinc cognata sibi Numina & Astra petit.
Subpedibusque suis hoc totum calcat inane,
Et, vates, alios hic canit ore Deos.

Ad

Ad

DANIELEM HEINSIUM.

NObile par vatum, dum Fata Deusq; sinebant,
Heinsius *in terris atque* Forestus *erant.*
Nobile par vatum, cum Fata Deusque jubebunt,
Heinsius *in cœlis atque* Forestus *erunt.*

Ad

THEODORUM VRYBURCH.

TErra vale. Sequimur vates Te, magne Foreste,
Lactea qua cœli semita signat iter.
Hîc miser intactum Paridi se oppignerat Atrêus,
In cœlo vatem sors sua digna manet.

cIɔIɔc LI. xx. Decemb.

Clarissimo Amplissimoque Viro,

D. THEODORO à VRYBURCH.
Med. Doct.

Consuli, & Scholarchæ Alcm.

Pro Auspicio

Anni cIɔIɔc LII.

I.

SIc abeunt nostræ paulatim tempora vitæ,
Et subitò mundi gloria vana fugit.

Vivendoque umbram, & fumos captamus inanes,
Fortunæ spolium, resque caduca sumus.
Et nihil est infra Solem, Lunæque labores,
Quod non interitum sentit adesse suum.
Descendit statuæ. Atq; aliis mox lampada nostrā
Tradimus, inque vicem sors sua quemque manet.
Solùm felices, quod, post hæc lubrica rerum,
Nobis in cælo vitæ decusque fiat.

II.

Frustra mortalis dextra sibi computat annos,
Atque optat vitæ stamina longa suæ.
Præcipites cuncti rapimur Phlegetontis ad umbras,
Et nullum in terris non sua parca manet,
Permutant Dominos fasces & sceptra potentum,
Alternantque suas gloria sorsque vices.
Quod docet exemplo facies toto orbe secunda,
Et, quæ de Capreis missa tabella fuit.
Eheu! quàm nostro passim quoque ducimur unco,
Et pœnam à nobis exiget acta dies,

III.

Quæ portenta dedit nobis non proximus annus,
Cum furerent damnis cuncta elementa suis!
Et mors Heroum magnorum invaderet aulas,
Dejiceretque suis grandia saxa jugis.
Quod pridem Auriaci magnas post Principis urnas,
Ostendit funus, clare Foreste, *tuum.*
Omnipotens Pater! ex alto nunc siste furorem,
Nec patere, ut semper sæviat ista manus.

Tempora

IV.

Tempora nunc aliis Saturno digna revertunt,
Et facie ridet splendidiore polus,
Me miserum atratæ circumstant agmine Curæ,
Nec planctu, aut lacrymis nox vacat ulla mihi.
Cum mea, sed falsò, toties me amplectitur uxor
Candidaque infelix colla Suhæus amo.
Figite, Felices Vos, læto in poste coronas:
Flebile nos vates pangimus ore melos.

V.

Tandem etiam sacrâ posset cum luce reverti
Multa domi nobis copia, multa foris.
Et Batavûm Genti melior Fortuna renasci,
Albionum & populo mitior ire dies.
Nostraque post tristes urnas revirescere Laurus,
Nec Fati semper me meminisse mei.
Et, pro spe nostra compleri vota Tuorum,
Istaque sub Phœbo luxuriare domus.
Auguror hæc vates. Vellit modò Cythius aurem,
Qui cælo, jussit lætiùs ire diem.

Amplißimo Viro,
D. THEODORO SAECKEMA. IC.
In Supr. Cur. Frisſ.
SENATORI.

PRisca sodalitii tecum mihi jura, Senator,
Et vero quondam teste probata fides.

Nunc pariter Phœbo & studiis distamus uterque,
Nec Musæ eadem scena & arena manet.
Tu nova Frisiacis Iudex oracula pandis,
Et Patriæ meritò diceris esse Pater:
Nos, huc ad Batavum fines Aquilonibus acti,
Pascimus Aonidum læta per arva gregem.
Sub Iove diverso sic nati rebus agendis;
Ut sint perpetuo sacræ in honore deæ.
Hoc pridem cœlo, quam cernis, Epistola prodit;
Vultque tuas audax illa subire manus.
Visere qui nuper nostras dignatus Athenas,
Et conviva meo sub Lare lætus eras. *(nas*
Accipe Neuhusii *Latias nunc*, Saeckma, *Camœ-*
Cecropio Pallas cui dedit ore loqui.

Reverendo Clarissimoque Viro,

D. IOHANNI COCCEJO.
Th. Doct. & Professori Batavo.

FRisia *quàm nuper, Te discedente, dolebat,*
Hoc gaudet Batavus, Te veniente, magis.
Scenica Doctorum sic est fortuna virorum,
Et facimus ludos materiemque joci.
Inque pilæ morem nunc huc, nunc pellimur illuc,
Nec statio est aliquo certa tenaxque loco.
Hoc illud verè pulchrum & monstrarier: Hic est:
Si poteris multis posse placere simul.
Quæ, Cocceje, *Tibi penè uni fama relicta est,*
Non uni ut populo fama sit ista satis.

Am-

Amplissimo Viro,

D. MATTHIÆ à VIERSEN IC.
Senatorii Ordinis Præsidi.

EN mea Viersenio *surgit sub nomine Pallas,*
Et nos in titulos area major habet.
Cujus honoratæ virtus & gloria Gentis
Materiem Vati non sinit esse rudem.
Cui Cytharam merito magnus suspendit Apollo,
Cumque suis hederis pensa Minerva tulit.
O Musis Augusta Domus! sæclisque futuris
In totidem Lauros quæ satis ipsa sibi.
Quæ poterit nunquam fastis eradere Livor,
Nomina, vel serus rodere dente dies.
His ergò in Batavis turgescit pagina nobis
Sideribus! Quibus est Frisia *tota minor.*

Nobilissimo Viro,

D. HENNINGIO ANDREE' IC.
Senatori Frisio.

HIc liceat vati, Andrée, *tua dicere facta,*
Inque suos numeros grande referre decus.
Qui potes Æmylios tabulâ jactare capaci,
Totque Equitum titulos connumerare domi.
Quos inter magnus Genitor *tuus æthere toto*
Eminet, ac plausum posteritatis habet. (*ventus*
Quem tua nunc humeris & honore Atlanta ju-
Excipit, & Generis das documenta tui.

 Par

Par Magno Patri Soboles: Par gloria Phœbo,
Et nostri in Frisiis Lumina rara soli.
Quorum præsidiis olim mea Laurea famam
Rettulit, ac Proceres inter amata fuit.
In testem tantorum operum, cur, Magne Senator,
Postuma Neuhusii *scripta Parentis habe.*

Amplissimo Viro,

D. AHASSVERO à VIERSEN. IC.
Ærarii Præfecto, & Synd. Leoverd.

EN veterem nunc Neuhusium *post busta, renatum,*
Ad Rheni ripas scribere verba tibi.
Et sua Viersenio *depromere pectora totum,*
Illi quo nemo junctior antè fuit
Sive sales repetas intra pomœria natos,
Seu mordente joco seria multa domi.
Cujus Tu toties minuens per carmina curas
Ægrotanti animo pharmaca docta dabas.
Hic, quanquam potuit, veros pensavit amores,
Et dat Amicitiæ pignora, teste rogo.
Exstinctam nobis nunc lampada tradidit illam,
Quos jussit memores jugiter esse Tui.

Clarissimo Viro,

D. BERNHARDO SCHOTANO, IC.
Professori Batavo.

PIerides, vos hæc Batavo portate Lyceo,
Clarus ubi Astrææ luce Schotanus *agit.*

Dicite:

Dicite : Neuhusii *sunt hoc in fasce Libelli,*
Et pulchrum Aoniæ sedulitatis opus.
Illud opus gemino Fratrum sub sidere crevit :
Illud jam nostra tradimus, ecce, manu.
Et Te ritè deæ solenni voce jubemus
Vnà nobiscum vivere posse diu.

Amplißimo Viro,

D. IOHANNI GVALTHERO. IC.
Ærarii Præf. & ad Comitia Deputato.

HIc legis, ad Rheni quæ scripta est Littera ripas,
Affectumque tui Patris, ad instar, habes,
Hic potes inferias persolvere ritè propinquis,
Et quondam Fratris visere busta tui.
Cumque novis titulis tædes spectare jugales,
Legitimum seræ Posteritatis opus.
Et tot in excelsa praconia cernere gente,
Quæ vestra in Patriam cura laborque tulit.
Hæc, Gualthere, *tuis pluteis monumenta repone,*
Quæ Frisiis Genitor post sua busta dedit.

Clarißimo Viro,

D. IOHANNI LINDANO. *Med.D.*
Professori Batavo.

CLarus erat quondam Frisio , Lindane, *sub axe,*
Propter communem Pallada, noster amor.

Fatum, credo, mihi tales invidit honores,
Vt sint tot tacito lustra peracta pede.
Nunc Batavo juncti pariter sub sidere Vates
Rursus amicitiæ lege coire decet.
Et sacris coram Musis sancire laborem,
Nec porrò solitas continuare moras.
Ergò, seu culpa est, seu Fati injuria longa,
Supplicium certo pignore quisque luet.
Causa rei est melior, facinus cum sponte fatemur,
Et non errorem dissimulare pudet.
Nec poteris non esse reus. Peccavimus Ambo.
Sed major post hac culpa tacentis erit.

Clarissimo Viro,

D. BERNHARDO FULLENIO, *Cognato.* Professori Frisio.

FUllenì, *meus in Frisiam rate tendit Apollo,*
Vultque tibi prisco more & amore loqui.
Suscipe Pieridum Nymphas amplexibus illis,
Et nos à Batavis nostraque lætus habe.
Sic Tu Neuhusium *coram vidisse putabis,*
Cujus nunc Genius trans mare verba facit.
Agminibus spatisque suis ingentibus errans
Iam numeros pangit, jam pede liber agit.
Omnia Fullenio *pandens sub cortice parvo,*
Cum Quo tot coram Cædere verba solet.

Claris-

Clarißimo Viro,

D. ADRIANO HEREBORD.
Professori Batavo.

ADspice Socraticos sudores inter & artes
Quid tenuis patet cura, scholæque labor.
Ista rudes animos informat Epistola: mores
Ingenuæ pubis nec sinit esse feros.
Vos tonitrum & dirum fulmen quassatis Olympo,
Et strepitus tantò major abolla facit.
Pulvere sic Circi sacro sudamus uterque,
Publicaque Aonia pensa juvamus ope.

Reverendo Clarißimoque Viro,

D. IOHANNI KNYFFIO,
Ecclesiastæ Alcm. & Scholarchæ.

EN, Reverende Pater Knyffi, *quæ scribere Vatem*
Nomina jußit amor, cerasque implere capaces
Quadrivio. Tuus hîc splendor sese æquore toto
Exerit, ac pulchrè radias in imagine sacra
Pieridum. Quando nuper, sub Apolline dextro
Aonidum inciperes colles fulcire labantes,
Et Latio præferre facem, Divûmque potentum
In titulos grandire gradum. Nos, auspice Phœbo,
Hæc canimus, laudisque tuæ calcamus arenam,
Ac toties sumus in Batavos hinc ore diserto.

Materies augusta mihi est. Tu, clare Scholarcha,
Si placeant hæc sacra Tibi, Delubraque vatum,
Hinc magis adspira sacro modulamine Musas.

Reverendi Doctißimoque Viro,
D. JOHANNI SNELLIO,
Ecclesiastæ Alcmariano.

Qui rarò inter nos, musa prohibente, loquuti
Hactenus, hîc multis copia nata loqui.
Annorumque simul totam depromere sylvam
Et tecum verbis pluribus esse domi.
Sæpius ergò aliis quæ Littera nostra loquuta est,
Nunc eadem loquitur litterā sola Tibi.
Sortiti sic grande bonum, si sistere detur,
Quà tua vix, Snelli, *Bibliotheca vacat.*

Reverendo Clarißimoque Viro,
D. LUCÆ VINCKIO.
Ecclesiastæ Alcmariano.

Nunc etiam Batavus jactat tua Nomina Vincki,
Suspenditque suis ista trophæa tholis.
Nos humiles sequimur tua per vestigia vates,
Nomina qui fastis scribimus ista suis:
Obsequium Pietasque placet. Parsque illa laborum
Utilis, ingenui prodit amoris opus.

Reve-

Reverendo Clarissimoque Viro,

D. VERNERO ENSCHEDE,

Ecclesiastæ Alcmariano.

CLare VIR, *Almeriæ nuper decus addite terris,*
Et nostræ, post tot vota, SIONIS *Honor:*
Accipe Neuhusii *quoque, Phœbo interprete, dextram,*
Nec culpam in sacris vatibus esse puta.
Qui licet officiis non primus in æquore visus.
Haud minus hoc primus tangor amore tui.
Pro Te proque Tua, sanctæque Penatibus urbis,
Ad cælum supplex vota precesque dedi.
Enschede, *cum chara posses ut* Conjuge *longum*
Vivere, & in Thalamo prosperiore frui.
Et nobis tantò Tædis felicior esse,
Qui jam parte mei tristis & orbus ago.
Vovimus hæc nuper taciti, penetralibus imis,
Et pars hæc priscæ Relligionis erat.
Nunc alia natas tibi sistimus æde Camænas,
Qualia posteritas Nomina sera leget.
Vtraque Sacra tuis animis oculisque parantur,
Qui totis cupio viribus esse tuus.

Clarissimo Viro,

D. HENRICO KOLDE.

Historiographo Frisiæ

ET

Gymnas. Alcm. Rectori.

SIc iterum prodit Genitor *de faucibus Orci,*
Et vult in Frisiis Te quoque teste loqui.
Fatidicosque suos rursum enarrare labores,
Vt nos hinc doceat ritè timere Deum.
Quas solitus secum in vivis expendere curas,
Et versare sua nocte dieque manu.
Salve, magne virum, tanti Successor Honoris,
Quem juvat hunc titulis Nestore pone sequi.
Quemq; tuis humeris jam nūc Atlanta Magistrū
Excipis, & gemina lampade clarus agis.

Nobilißimo Viro,

D. THEODORO à NIENBVRCH JC.

OPtime Niburgi, *sæcli melioris imago,*
Hic etiam in nobis otia falle, rogo.
Et lege Perithous fido quid scribat Oresti,
Quæque sodalitii nomine dictet amor.
Argumenta mihi, varia est farrago loquendi,
Seria cumque jocis multa libellus habet.
Tristia cum lætis permiscet Epistola verbis,
Et Mimum in scena proteaque alter ago.

Nobi-

Nobilißimo Viro,

D. PHILIPPO LANSCHOT IC.

Advocato.

TV Iuris nodos & Legum Ænigmata solvis,
Fortia, Lanſchoti, *natus ad arma fori.*
Nos animos Iuvenum, molleſque incudibus annos,
Fingimus, & Muſis otia ſacra damus.
Teſſera militiæ ſic nos & purpura jungunt:
Officio at longè diſtat uterque ſuo.
Nos tamen hîc auſi Themides tentare profundum,
Inque ſuos numeros ſollicitare Togam.
Annue, Lanſchoti, *noſtræque ignoſce Thaliæ,*
Et tenerum caſti ſuſcipe Vatis opus.

Doctißimo Viro,

D. IOHANNI STEENHVSIO, IC.

Ex vet. diſcipl. dilecto.

EN tibi, Steenhuſi, *priſcæ virtutis imago,*
Quæ mihi Calliope, poſt tria luſtra, dedit.
Quando te primum, noſtræ concreditus arti,
Formandum Phœbo ſub mea ſacra dares.
Et nunc in majus famam ſudoribus auges,
Ingenii pulchrè dans documenta tui.
Hîc canimus Vates digniſſima nomina Muſis,
Inque triumphali veſte Senatus ovat.
Quas inter Lauros ſtatuam Tu ſponte mereris,
Quem non in Faſces Ambitio ulla rapit.

Clariſ-

Clarißimo Viro,

D. HENRICO BRVNONI.
Pro-Rectori Hornano.

ITe, meæ Musæ, teretem Brunonis *ad aurem*
Omnes Pegasidum qui bibit unus aquas.
Ipsaque jam dudum perrupit in atria Phœbi,
Furtim quà Musis sustulit omne decus.
Et sibi jam soli thesauros colligit istos,
Vnde, suo censu, quæque superba foret.
Ite, meæ Musæ, teretem Brunonis *ad aurem,*
Si quoque quid nobis hic salis esse putet.

RESPONSIO.

ITe, mei versus, divini Vatis ad aurem,
Vt nos Pegaseis irriget unus aquis.
Vt Vos trita sibi perducat in atria Phœbi,
Vt Vobis illinc conferat omne decus:
Vt tenui afflatu versus vos vertat in istos,
Ipsa quibus Clio jure superba foret.
Ite, mei versus, divini Vatis ad aurem,
Vt bene vos mutet, si nihil esse putet.

HENRICVS BRVNO.

Amplißimo Viro,

D. GERARDO KETH, IC.
Senatori & Scholarchæ Harling.

PRisca mihi Tecum Fidei sunt vincula, Ketsi.
Et non à parvo tempore junctus amor.

Qui

Qui Batavos etiam Vatem comitaris ad axes,
Et non immemorem me ſinis eſſe Tui.
Egregium ſanctumque virum qui nomine præſtas
Semper, & in Muſas pectora fida geris.
Hæc peto, Mæcænas. qua quondam fronte ſolebas,
Iiſdem nunc oculis fronteque noſtra legas.
Et maneat longùm, ducetque in ſæcla Nepotum,
Quæ ſemel auſpiciis cœpta Minerva tuis.

Nobiliſsimo Viro,
D. CORNELIO ab EGMOND à NIEVBVRCH,
A Septennii convictu chariſsimo.

Ne Tempeſtatibus ſe objiceret.

AVdiu Hyperborea notus ut bacchetur ab Arcto,
Diluviique novis ferveat æter aquis?
Tu non crede animam ventis, atque imbribus atris,
Subſidatque prius pontus & unda, precor.
Quam vellet hac Argo, nimis eſt pretioſa ſaburra,
Nec minus Auriaco continet illa ſibi.
Nos tecum imbellis raptamur in omnia Muſæ;
Nos lateri, Vates, proxima turba ſumus.
Conſultum non eſt Aquilonibus ire per altum,
Cum ſtupet in Furias Nereus ipſe ſuas.
Hæc, Neoburge, *tuos nequeant ſi ſiſtere curſus,*
Quæſo, tuam ſiſtat Cornelia *una fugam.*

Aliud.

Aliud.

Ut feliciter Sponsam Domum ducat.

CVm benè junxisti facilem tibi lege Dionem,
Et satis est thalami firma tenaxque fides,
Huc ades, ô Neoburge, *tua cum Conjuge felix,*
Et Clarum nostris Civibus adde decus.
Hic sua sunt Cereri quoque dona, & vitis Iaccho;
Hic satis in censum Schermera dotis habet.
Misceri fas est cognatis Numina terris,
Amstela nec cunctis usque morandus erit.
Illa se Soceri prudentia jactet in aula,
AEquora cum sternit molibus alta suis.
Hic fœcunda dabit Mater Cornelia *prolem.*
Confundetque suum nobile stemma genus.

Aliud.

In missionem novæ Edit. Epistolarum.

NIeuburgi *generose, tuam nunc mitte Dianam*
Retiaque Idaliis tendere, mitte, Feris.
Contemplare meus, oro, pro tempore Musas,
Et spatium Phœbo det furor iste tuus.
Ista qui solitus decurrere mactus arena,
Inque meis castris Principis esse loco.
Quicquid Apollineæ per prumam impenderis arti,
Crede mihi, facilis sarciet illud Hymen.
Vtilitas aliqua est, nostras coluisse Sorores:
Sic Corneliadæ *basia docta dabis.*

Claris-

Clarissimo Viro,

D. ANDRÆÆ à SCHAGESTEYN, IC.
Advocato & Exscab. Alcm.

INter tot Themidos curas, Vadimonia, lites;
Has quoque Litterulas, Clare Scabine, lege.
Invenies illic pulchræ Moleulitidos *ignes,*
Et, quæ tunc Veneri vota Poëta dedi.
Sic; quam, jure tuo, thalamis abscondis amantem,
Illam, jure suo, Littera nostra canit.

AD EVNDEM.

QVi modò, Schageni, *cecini tibi lætus amores,*
Nunc Thalamis istis tristis amaror inest.
Effferturque rogo vestræ pars optima vitæ,
Deliciasque tuas terra cinisque tegit.
Illa Moleulitiæ *facies generosa sepulchro*
Clauditur, & putris vermibus esca datur.
Hos ego jam pridem Manes & funera passus:
Conjuge cum chara, pro dolor! orbus eram.
Diffluimus frustra lacrymis noctemque diemque:
En! præfert nostras Mors quoque certa faces.
Auspicium Æterni, jactura est corporis. Olim
Hæc caro cum Christo *nostra resurget ovans.*

Ipso Exequiarum die
XII. Decemb. cIↃ IↃC. LI.

Consul-

Consultissimo Viro,

HENRICO NEVHVSIO, Fratri.
Advocato & Synd. Worc.

POst tibi tontinuo comites in fasce libellos.
Et centum lassi jurgia rauca fori.
Hic etiam in nostros potes exspatiar er hortos,
Si vacat, & campo liberiore frui.
Materiamque mei pariter, magnique Parentis
Cernere inoffenso verba diserta pede.
Quæ mihi relligio tacitis fuit abdere lustris,
Aut mecum obscuro pressa tenere sinu.
Sic iterum inferias solvo. Vitamque Parenti
Nunc reddo, vitam qui dedit ante mihi.

Reverendo Viro,

D. ALBERTO NYENHVYS, Avunc.
totos L X. annos V. D. M.

MAgni Mysta Dei, plausu dignare Camenas.
Et faciant parvam pulpita sacra moram.
Quem nunc canities, atque octogesima dudum
Pulsat hyems, Senio corripiente gradum.
Et cui nostra queant non amplius arma placere,
Nunc alium Genio præmeditante Deum.
Vltima nunc, oro, faxis: Qui mortis in umbra
Vsque etiam haud nostri non potes esse memor.

Reve-

Reverendo, Clariss. Viro,

D. IOHANNI PICARD Cognato
Theologo & Medico.

POst cineres nostros, & amicæ Conjugis *urnas,*
Hæc, Cognate, tibi munera prima fero.
Munera chartarum, & folium fortasse Sibyllæ,
Quod facili huc illuc cardine ventus agit.
Magna parte tamen meruit labor iste favorem,
Et poterit plausus forte merere tuos.
Quippe, leges illic plena jam margine libri:
Roxialis Thalamos qua Brederoa subit.
Et pater ipse tuus Musarum in colle triumphet,
Propugnetque sacrum ritè Sionis opus.
Illo Te cupiam nostras adamare Camænas
Nomine, & in Census ista referre tuos.

Clarissimo Viro.

D. IOHANNI ANSTA, M. Doct.
Archiatro Harlingano.

MAgne Vir, in Frisiis clarum & memorabile nomen,
Et Phœbo meritis gloria prima tuis:
Accipe nunc, Batavo quod Vates somniat axe,
Si quando afflata est mens propiore Deo.
Neuhusioque *tuo currenti in Martis arena,*
Cum plausu, stimulos subde facemque tuam.
Nomine sub vestro toties cui pagina currit,
Auspiciisque tuis prodit in ora Virum.

Qui

Qui nisi Mæoniam solitus deposcere palmam,
Et cui plus nostris præstat Apollo domi.
Tolle tuum, precor, Hippocratem, doctumque Cleanthem:
Dum Tecum hîc paucis versibus, Ansta, *loquor.*

Reverendo Viro,

D. GVALTHERO PICARD,
in Eccl. Groning. V. D. M.

TV ducis lætos, chara cum Conjuge, *soles,*
Et magna in Frisiis dote maritus agis:
Nos tristes, chara sine Conjuge, ducimus annos,
Et partim in Batavis pulvis & umbra sumus.
Sic vitæ scena & Fatis distamus uterque:
Vxorem ille Toro posidet, ille rogo.
Hoc faxit Deus! ut: donis cælestibus aucti,
Sortem quisque suam ferre patique queat.
Materiem tanti luctus levat una Thalia:
Vnde aliqua est nostris hîc medicina malis.
Tu, Cognate, meos animo miserate dolores,
Interdum alloquio tristia corda leva.

Præstantissimo Viro,

D. GOTHOFREDO KINNEMA,
ab Arte ad Martem eunti.

NVper apud Batavos placuit tibi solus Amyntas;
Aonidumque chori non malè cultor eras.

Nunc

Nunc alium versas in aperto pulvere Martem,
Proque Togæ studiis Pallada miles amas.
Vt Patriæ rebus possis nec inutilis esse,
Et Divorum aras asserere atque focos.
Sarcina nec gravis est, Vatem gestare sub armis,
Et geminos una jungere mente Deos.
Talis Pellæus, sumpta Rex ipse Tiara,
Defensus Musis & pugione simul.
Sic, Cognate, piis gladiis atque artibus usus,
Egregiè patrias res tueare domi.

Doctissimo Reverendo Viro,

D. HENRICO ROLDANO,
Ecclesiastæ Enchusano.

DVm canis ingentem per pulpita sacra Tonantem,
Fortè tuos intrat nostra Thalia Lares.
Da veniam, Cognate, peto, si in limine peccet,
Et non officiis usa sit illa satis.
Proxima Nereidum potuit loca Musa timere,
Et rabiem hîc vestri non benè ferre maris.
Promptius expediet, Domini mandata: Penates
Olim cum melius noverit illa tuos.
Quando non sacras tunc perturbabimus aras,
Protinus admonitæ conditione Loci.
Nunc cape Palantem, facilis Roldane, *Thaliam,*
Quæque mihi Phœbus dictat ab ore suo.

Doctis-

Doctißimo Reverendo Viro,
D. IOHANNI MONACHIO, V. D. M.
Avunculo.

TV quamvis majore animo mysteria volvas,
Et coram doceas, Clare Vir, ore Deum:
Non tamen hîc aliena Tibi procudimus arma,
Qui Phœbo & Musis dedita turba sumus.
Teque tuosque cano Latiâ generosus arenâ,
Et rem divinam Numine tactus ago.
Iam calamo Vates, Magnatum missus in aulam,
Iam Patriæ causas ante tribunal agens.
Aut in Conjugii tædas dilapsus, amores
Gratulor, aut carmen Præfica triste cano.
Materies non una mihi est. Tu fronte serenâ,
Cum vacat à sacris, otia nostra lege.

Clarißimo Viro,
D. ABRAHAMO vander BRVGGE,
Doctori Medico.

SIste gradum, Bruggi, *suspende Machaona doctum,*
Hic tibi nunc alio Numine Numen adest.
Pieridum turmas hîc pulchro ostendimus albo,
Iamque etiam in terris nuncia Fama sumus.
Non tot mandatis Procerum Cyllenius unus
Sufficit. In partem nos labor ille vocat.
Sic quoque Neuhusius *pedibus talaria nectit,*
Officiumque Iovis jam famulantis agit.

Claris-

Clarissimo Viro,

D. IOANNI GESTERANO. M. D.
Archiatro Alcmariano.

HIc, Gestrane, *tuas mea Musa ebuccinat artes,*
Atque inter clarum posthuma nomen habes.
Qui meritò nobis prima dicende Camæna,
Si tuus hoc fieri fortè tulisset Amor.
Sed, mihi tunc medium Phœbus confecerat orbem,
Cum tua Gertrudis basia prima daret,
Da veniam Vati, vestros turbare penates,
Pignoraque à tali Iudice velle legi.

Reverendo Viro,

D. IOANNI KNIFFIO,
Ecclesiastæ Alcmariano,
&
SCHOLARCHÆ.

EPIGRAMMATA SACRA.
Pro Auspicio Anni cIɔ Iɔ CLII.

I.

ACcipe nunc iterum nati Cunabula Jesu :
Mittere quo majus munere nemo potest.
Quos cum Natales toties vos ore diserto
Dicitis : hæc eadem sacra Poëta cano.
Nec Phœbum cupio causam ignorare salutis,
Absentemque meis artibus esse Deum.

Iisdem

Iisdem qui auspiciis moderamur. fræna theatri,
Et sæcli vitiis hostis uterque sumus.
Quare solennes hîc CHRISTO *ponimus aras,*
Et volumus Vates non minus esse pii.

II.

Prima meas tangit Batavûm res anxia curas,
Aurea cuî cælo sæcla redire velim.
Et tutâ veteres agitari in Pace triumphos,
Et florere suo colle Sionis opes.
Cuî placidos inter Zephyros se præbeat æther.
Vitaque sub fagi tegmine dulcis eat,
Aut Bellona suos iterum trux commodet enses,
Si satis Hispano non sit habenda fides.
Sed, non ex illâ metuo mihi parte periclum
Et Batavos, spero, Dii meliora dabunt.

III.

Altera pro charis stimulat me cura Britannis:
Quos nunc adversi fluminis æstûs agit.
Oceanusque minax, & inundat sanguinis æquor,
Et plus Riphæo vertice frangit hyems.
Nunc ubi carpento vehitur per cæsa virorum
Corpora, & in proprios Mars furit ipse lares,
Hæc ut Sole novo rabies subsidat & ira,
Nunc sua tranquillus Numina Belga rogat.

IV.

Addimus his nostræ Musas & Palladis urbem,
Quæ sibi perpetuus mœnia Phœbus amat.
Et quo sub cælo prudentiâ rara Catones.
Tot cognata suis laudibus ora, videt.
Mirandumque sui rerum Natura paratum,
Artificisque Dei nobile cernit opus.
Hic, utinam! nostro major sint area Phœbo,
Et semper Pallas Templa Laremque colat.
Tu nunc, Jane, *fave. Nec spes ut fallat amantem,*
Testetur certâ proximus Annus ope.

V.

Claudimus hîc rivos. Anni jam scena peracta est;
Et tot Fatorum per mala finis adest.
Hinc alius nobis franget subsellia Phœbus,
Et meliora suis otia Daphnis aget.
Pieridumque chorus, post pensa infanda laborum,
Inveniet solito lætiùs ire diem.
Omine quod nobis Fausto ut promittat Olympus,
Hic prece jam superos nostra Thalia rogat.

CL. Viro,

REINERO NEVHVSIO, IC.

Literatissime Vir,

B*Reviter ad tuas, quamvis cum adversâ valetudine aliquandiu luctatus, hîc respondeo. Pluribus id, favente Deo, facturus, ubi ad me aliquantum rediero. Amorem tuum, quem eruditissimâ, ad me dedisti, epistolâ, prolixe offers, in sacrario mentis meæ, cælestis instar doni, repono. Ne de munusculô nunc dicam, quod æternitati & venturo ævo, ne intereat, prudenter consecrasti. Cui peculiare ac quasi proprium est, quod amicos tuos tecum ab oblivione vindicas, & immortalitati tradis. Charissimam uxorem ereptam tibi doleo: quanquam adversus omnia, quæ homini in terris cælitus adveniunt, satis munitum te, non ignorem. Qui poscenti Deo Optimo Maximo, quicquid nobis contulit in terris, ubi visum illi est, deberi non ignoras. Amplissimo Alcmariano Senatui, ut me commendes, rogo. Vale, & amare, ut cœpisti, nos perge. Quod seriò ac bona fide postulat petitque Nomini tuo devotissimus*

Daniel Heinsius.

Lugd. Bat. A°. cIↃ IↃc lii.
prid. Kal. Mart.

Nobilißimo Viro,

D. CORNELIO à TEYLINGEN, IC.
Consuli & Senatori Alcmariano.

Nobilißime D. Consul,

QUod tandem in Veneris palæstrâ & prælio victor exultes, animitùs Ego lætor, & de insigni Fato & Fortunâ benignè Tibi gratulor. Qui, DEO O. M. Duce & arbitro, ingenuam divinamque vitæ Tibi sociam adjunxisti. Ob quam felicitatem tuarum rerum, credo, etiam inter Vates furor aliquis est natus. Qui licet non invideant illustri huic scenæ, tamen inde ingenio quædam exoritur nubecula ac hallucinatio, quæ ægrè tanti conjugii majestatem pro re & honore celebrari permittit. In quorum consessu, si novissimo etjam pulvino me colloces; abunde mihi satis pro beneficio & affectu, quo in te propendeo, redditum gloriabor. Accedit ad hæc sacra Cl. D. Erasmi gratulatio, qui, nescio, quo tacito impulsu, pariter Collegæ quoque sumus in Nuptialibus tuis auspiciis. Cæterùm, N D. Consul, valere Te jubeo, cum sponsâ desideratissimâ. Cui veteris viciniæ ergò osculum libo familiaritatis istius primæ. *Ex museo meo Alcmariæ* cIↄ Iↄc LII. *prid. Kal. Maii.*

Honori

Honori Nuptiarum

Nobilißimi & Amplißimi Viri,

CORNELII à TEYLINGEN

Consulis Alcmariani, SPONSI.

&

Nobilißimæ Excellentißimæque Virginis,

HESTERÆ DE BYE,

SPONSÆ.

ERgò jam lætos tua janua colligit ignes,
Teylingi, *& Patriæ egregius contingis ovanti,*
Dum, non Pellæo minor, in Capitolia ducis
Penelopen, victis rivalibus. Ac Tibi totum
Ilion expugnas: tanto defunctus honore
Vi Superum. Et quanquam lenta pugnaris arena,
Oppositos rumpis scopulos, Alpemque nivemque;
Et tandem in media ponis vexilla Suburra.
Heroum *Soboles! Drusorum à sanguine celso,*
Et Batavi Imperii Comitum *Natalibus altis*
Qui numeras Genus, hoc tali sudore paratur
Iphigeneia Tibi: longa atque illustris Honorum
Pagina. Quæ juxta sordent vel Persica regna,
Et Trifolinus ager, dictusque à Vimine Collis,
Elysiisque suis tribuit quæ sanctior ætas.
Hestera *plus toto Pactolo arridet, & auro,*
Quod Tagus, aut Indus fulvis evolvit arenis,
Blanditurque sui vitio mortalibus ægris.

Digna Iovis thalamo Conjux, atque altera Iuno!
Pro cujus merito ac titulis tot bella gerantur
In Batavis, decimumque potens Procus ambiat annum.
Digna, pios animi Mores Quæ in Imagine viva
Exprimat, & Veteres generosa in stirpe Forestos
Nobilibus Sponsi Proavis, & laudibus addat.
Hunc à cælesti Genium nos traximus arce,
Instinctu, Natura, tuo. Graviore catena
In Venerem, & pulchros rapti Ganymedis amores.
Nec, certè, in terris major custodia census,
Tranquillique animi portus, quàm tollere dulcem
Hæredem, atque Toro totas effundere habenas.
Nullum Numen abest, si Conjux moribus æqua
Ducitur: ingenuum numerat quæ in Dote Pudorem.
Cum Qua, Phœbe, Tibi liceat, producere vitam,
Intactam vitiis, Secura & in otia nato
Cui sic obrepit non intellecta senectus.
Has ultrò patimur Vates in pectore flammas:
Qui licet in blandis Musarum amplexibus ipsi
Nascimur, & socia semper cum Pallade soles
Dividimus. Cunctos Homines hac clave teneri,
Alma parens sanxit Venus: æternisque Hymenæis,
Atque aliam ex alia generando ducere prolem.
Tale Tibi Sidus, Teylingi, *eluxit Olympo,*
Hestera, *Diva potens. Quæ Famæ & Nominis alti*

Materies

Materies augusta tui est. Quæ Nectare plena
Iliaco, Hyblæisque favis, saturataque dulci
Ambrosio, in Sobolem stillabit roscida Mella.
Frugiferæ instár Apis. *Quæ docta & sedula Mater,*
Tu dum Iura Fori, Fascesque & Sceptra tueris,
Perpetuò sacram servabit in Æde Minervam.

Effigies
Incomparabilis Viri,
DANIELIS HEINSII,
Equitis, &c.

CErnitis? Hic mundi Phœnix, ille alter Apollo,
Heinsius. *ut pingi corpore & ore potest.*
Parte sui meliore, Animo, transcendit Olympum,
Iamque diu Divos inter & astra fuit.
Qui plures doctè scripsit, quàm viximus annos;
Et, prætextatus, Nectore major erat.
Livor abi. Palmam Bataviæ meruistis Athenæ,
Nec regio Vatem viderat ulla parem.

Amplißimo Viro,
D. THEODORO VRYBVRGIO, M. D.
Consuli Alcmariano.

HAs foribus, Vryburge, *tuis suspende coronas,*
Cypria quas docta texuit ipsa manu.
Et nuper Divum Thalamis suspendit Apollo,
Auspicio lætus Numinis ipse sui.

Quas tu cum tacitis oculis & mente pererras,
Ipse tui Generis Nomina celsa legis.
Et seges ista virum prodit sub luminis auras,
Sub quibus hîc felix otia civis agit.
Et manibus defensa olim, ac victricibus armis
Libertas Batavum, Relligioque stetit.
Hinc nova progenies, & clarus origine sanguis
In Patriam Iulos Ascaniosque dabit.
Filiolis, *Faxit Generos modò Iuppiter æquus,*
Proxima debetur pagina, fortè, tuis.
Incendit Cytheræa suos ad Carmina Vates,
Et furor in pretio est sæpè laborque pius.
Afflatumque juvat Genii melioris ab æstro
Ire per Heroum grandia facta modis.
Et titulos inter Procerum, & connubia casta
Nympharum, solidum fallere ritè diem.

Nobilissimo Viro,

D. REINERO CASEMBROTIO, IC.
Senatori.

Nobilissime Domine,

QUod senectâ ætate, vitæ curarumque consorte Deus O. M. Te privaverit, ex animo intimo tecum doleo. Qui non alieno quoque exemplo didicis quid ærumnarum secum trahat, à divinâ sui parte, lectissimâ Conjuge, avelli. Proque oculis & corpore dilectissimo, nisi aliena, nisi mutas inertesque umbras offendere. Quia tamen divinæ Providentiæ

dentiæ hic ordo & voluntas, ferre patienter debemus, quæ corrigere est nefas. Vbi quando brachia contra torrentem velis dirigere, malum malo addis. Legi hoc mane in Philosopho de Animi tranquillitate, quæ valde mihi placent. *Cogita, inquit, compeditos, qui primò ægrè ferunt onera, & impedimenta crurum. Deinde, ubi non indignati illa, sed pati proposuerunt, necessitas ferre docet, consuetudo facilè.* Prô dolor! in hoc theatro nos sumus, qui necesse habemus de Anancæo isto amarorum quoque degustare. Nam in pulvere Christiano decurrimus, in quo Deus suos ad robur & patientiam exercet. Tantum per præcepta hactenus eruditi. Praxis virum non postulat, & quantum in umbrâ profecerimus, oportet in actu ipso ostendamus. Quanquam tamen, per intervalla. ad curas & Caucasum nostrum recurramus. Qui nunquam ex toto excutere possumus, quod tanto cum pondere lateri nostro incubat. Fâxit de cælo Deus, ut fatalem illam arundinem sine gemitu, sine murmure feramus. qui hanc ipsam nobis quoque mortalibus è proximo pestem imminere videmus. De Filio omnia habe prospera. Fuco & pigmentis uti non soleo, ut plus vero sapere Quirites nostri videantur. Nudos in circum istos facio præstare, & ingenium tophum incrustare, aut violare nefas. De nobis omnia honesta, omnia sancta pollicemur. Vale, mi Mecænas.

Mecænas. *Ex Museo Alcmariano* cIↄ Iↄc LII. VI. *Kal. Junii.*

Clarissimo Viro,

D. REINERO NEVHVSIO, IC.

S. P. D.

PIBO à DOMA.

Doctissime Vir,

LIteras tuas, & cum iis Epistolarum Centurias, sub finem præcedentis anni, lætus accepi. Quæ imaginem familiaritatis istius antiquæ vivo charactere repræsentabant. Uno quasi ictu & impetu in geminum applausum adductus: videns & Patrem & Filium triumphali pompa in famæ Capitolium ascendere. Tardius ad tuas quod responderim, gratiasque pro inscriptione opusculi posthumi habuerim, eheu! plus quàm sontica ratio me impulit. Iam in convalle mortis lectissima mea Conjux, & extremos penè spiritus exhalabat. Quid, quæso, sub tam tristi Fatorum articulo de Musis & Museo cogitarem? satis in ærumnosa tunc Palæstra constitutus, quando de Conjugali illo divortio erat cogitandum, altiusque figendus & erigendus animus. Eodem momento, de quo sinistrè statim augurabar, in funebria incidi D. Henrici Brunonis, Poëtæ eximii: Qui excessum divinæ tuæ Boëthiæ *describebat. Pro certo jam habens, idem me malum proximè occupaturum. Neque fefellit animus. Brevi post, Naturæ legem implevit, heu! mea*

mea quondam Dodonæa. *Nunc, quod unum Christianis & solatium cum Sponso suo* Christo *ipsam Æternitatem complexa. Cum novi Anni auspiciis novam in cœlis vitam exorsa. Percutit animum meum fulmen inopinatum. Liberorumque conspectus, qui remedii loco esse debebat, magis dolorem exasperati, Sine murmure tamen Optimum Maximum Deum comitari decet: quando nullus hîc stomacho aut indignationi est locus. Cæterum, mi* Neuhusi, *animo meo prorsus te indui. nihilque cupiam magis, quàm sæpè & seriò tecum loqui de antiquis studiosorum nostrorum sacris. Et plurimum certè doleo, magnas illas aquas ab Oceano intercurrere, quo minus familiariter exercere amicitiam possimus. Laudes verò, quas mihi tribuis, ab affectu oriundas video, non à judicio. qui mihi meæ tenuitatis sat sum conscius. Addo mea manu Clarissimi Parentis Effigiem. Quem ut in vivis jure semper æstimavi, ita apud Posteros de illius virtute tacere minimè potui, aut debui. Qui honori meo datum libens agnosco, quod in animorum nutritium, charissimum præceptorem, verba facere in publico potuerim. Tu nunc vale, Optime* Neuhusi, *& porrò nos riga succo liberiore solennis tui Eloquii ac Musarum.* Collomi Frisiorum Kal. Feb. cIↃ IↃc. LII.

In

Olim Clarissimus tuus Pater ipsum Hectora vidit : quando paranymphus illi in Gymnasio Steinfurtensi. Nunc, immane quantum mutatus ab illo, qui quondam. Laternam Punicam hic vides. Ossa tantum & cutem. Qualem habitum soli sedentariæ vitæ acceptum refert, & morosæ nostræ Palladi, à quo more & modo studiorum feliciter temperare qui possit, non parvam rem fecerit. Interea famæ nos damus, & parum à periculo & scopulis absumus. nec inde nos subducimus, quò alii ante nos impegere cum naufragio. Neque enim mollis ad astra via est. Ferendum ac faciendum aliquid,

Vt dignius venias hederis & imagine macra.

Nolo nunc plura, R. Domine Vinchi, tuaque sacra Tullianâ aquâ monetâ à divinis abstrahere. Paro me ad epulas crastinas, h. e. ambrosiam illam cælestem. Vale, Ocelle Amicorum & Fratrum in CHRISTO. *Alcmariæ* CIↃ IↃC LII. VIII. *Kal. Mart.*

Amplis-

Amplissimo Viro,

D. PIBONI à DOMA, IC.

Præpotentibus Frisiæ Ordinibus à Secretis.

Cum de obitu Vxoris lugens ad me perscripsisset.

Amplissime Vir,

PRistini tui affectus indices, Literas, paucos ante dies, accepi. quæ prorsus vitam & vires reddidere, post tot malorum procellas, & emissam cælo hyemem. Hoc uno tamen acerbiores, quod de clade domesticâ, & obitu uxoris, annunciarent. Sic læta tristibus, ac *tristia lætis Dii miscent Superi.* Et rarò tam serenum aliquid invenitur, cui non sua nubecula & infelicitas adhæret: tanquam Fati & Fortunæ utriusque temperamentum. Vterque eodem nunc turbine miserè afflicti, pullatis domi Musis. animisque Vatum. Quibus adde tori illa pignora, carissimos Liberos: quorum præcipuè *mentem mortalia tangunt, Et Lacrymæ.* Nos paullò erectiores in spem & solatium à Christianâ fide ac pietate. Qui publica etiam negotia ad manum habemus, quæ non sinunt animos nostros in pulvere & cineribus assiduè occupari. Quanquam nimiò tamen frequenter à radicibus suis repullulet doloris impatientia, subque noctem cura toties

ties recurset. Desiderem aliquid à Catonis robore & constantiâ, ut naufragium triste ac recens, cujus plus quam picta tabella quotidie in oculos incurrit. leniùs possem pati ac perferre. A Deo Optimo Maximo, qui vulnera hæc nobis fecit; benignam opem & medicinam exspecto. Carmen funebre, quod ilicò ad literas tuas effluxit, in testem mutuæ fidei, cum Frisicis istis Vatibus, tumulo defunctæ appendo. Quos omnes in arenam citavit tuus dolor: argumento Pietatis tuæque existimationis. Quo solo quoque impulsu nos in Batavis diserti esse voluimus. Vale, Amplissime Vir, & porro, ut facis, nos ama. *Alcmariæ* cIↃ IↃc LII. *Kal. Iun.*

CARMEN FVNEBRÆ

in obitum

Nobilißimæ Matronæ,

DODONÆÆ à TADEMA.

SIc etiam tangunt feralia Numina Musas,
Et patimur thalami vulnera quisque sui.
Pro solitâ Lauro foribus funesta cupressus
Imminet, & lacrymæ mæsta per ora fluunt.
Pieridesque suam mutant in funere vestem,
Et sua non tantum Frisia busta dolet.
Certatim glomerant Nymphæ, velut agmine facto,
Ad deplorandum Fata vicesque tuas.

Mate-

Materies sumus indoctis doctisque per urbem,
Et flendi officium sacraque quisquis agit.
Atque utinam! nostri facies non ista doloris,
Ut quoque jam laceret publica causa comas.
Tutius est oculos alienis pascere damnis,
Et fontem proprii præteriisse mali.
Multaque vicinis narrare pericula rebus,
Cum tua tranquillis cymbula ludit aquis.
At nunc, heu! nostris patet iste doloribus ictus,
Neuter & offensi tutus ab igne Iovis.
Doma Dodonæas *tacitus spatiatur ad aras,*
Et secum queritur tristia damna miser.
Nec, veluti quondam, Batavam cum conderet Albam,
In Patriæ causas ore disertus agit.
Neuhusii *thalamo Divina* Boëthia *rapta est:*
Cujus non uno fulmine tacta domus.
Sic pariter Vates, pariter lugemus amores,
Infandusque subit mutua corda dolor.
Hoc uno tantùm felices: Aethere in alto
Quod sua poßideat pignora quisque tori.
Et nunc cum CHRISTO *genialia gaudia vitæ*
Carpimus, & partim cælica turba sumus.

Clarißimo Viro,

D. IOHANNI PICARD Med. D. Et Theologo.

LIteras tuas, *mi Cognate*, lætus accepi internuncias bonæ vestræ valetudinis. Res ve-
strae

ſtræ quod bono loco, gratulor. Coram aliquando hæc videre in patriæ iſtis finibus, ô quàm juverit! ubi licet nihil pro noſtrâ re & ſpe, cupiam tamen luſtrare, quod Genii in illo loco, qui nobis hanc auram & animam dedit. Per nubem hæc tantum video, & de ignotis ſacrifico. Liberorum tuorùm ætas, ingenium, multum, puto, antevertunt meam opinionem qui omnes in viros, in matronas eunt. Et jam Mervia noſtra in matrem. Sic decet in thalami ſcenâ, ubi proletariis eſt opus, & feræ Poſteritatis ſupplemento. Tu agrum tuum coluiſti feliciter, & jam magnus Agricola evaſiſti. Nos quoque ſementem fecimus. Sed, tandem infeliciter hoc aratro depoſito. eheu! non frugiferâ meſſe. O humana, quid ſumus! Hoc uno magni, quod cælum & æterna illa propediem exſpectemus. Memini primæ pueritiæ, deinde Academiæ. Poſtea Nuptiarum & amorum. Mox mortis & ruinæ connubialis. Jam Canos video, & ultra Clepſydram ſum mediæ ætatis. Abiturus hinc, quando magno illi Evocatori Deo placitum. Sed, ad Politica noſtra veniamus, & verbulum de finitimis. Vix in pacem ſumus recepti, ecce, à tergo nova Nemeſis. Non ferenda aliena imperia. Nec Batavus iſtius ingenii, ut ſe ſubmittat iniquiora poſtulantibus. Adhuc belli vigor in animis, nedum effœto vetere militiæ robore. Nova Deciorum pe-

ctora,

ctora, novus Meneceus, qui pro Thebanis animam offerat. Interea ſpes nos alit de meliore Eventu. Puto, deceat nondum ſtabile imperium ſua quies & anchora. Non una hydra latet intra ipſorum medullas & viſcera. Haud extinctis doloſo ſub cinere Lyparæis ignibus. Faxit bonus Deus, ne aduratur Belgium hoc noſtrum à novis Gigantibus. Quos, utinam! tu, mi Cognate, tuo mucrone & hiſtoriâ proximâ, ad unum omnes, confoderis! Exſpecto quid ſingulare ab hac materiâ & Muſeo tuo. Quæſo, ne oblectes nós inani ſpe. Ecce meum, quod petis carmen, iſtis Auſpiciis. Vale. *Kal. Martiis* cIↄ Iↄc LII.

Eminentiſsimo Iuveni

PETRO WIBO. SS. LL. Stud. Convictori.

NOn in longum reſponſa differo, *Praſtantiſsime VVibo,* ut in animo meo amor fixus in te : ſic quoque calamus alas ſuas habet. Continuò in ipſo Muſeo tibi adſum, qui mox in chartaceo tecum eram itinere. Gratias tibi habeo pro fideli memoriâ noſtri. addito teſte non uno, Centuriis Literarum : in quibus tuum nomen jure militat. Lacrymas quoque illic invenies, quas in funus chariſſimæ Vxorculæ, propensa venâ, effudiſti. Ita jucunda tua juventa, & Genius ille generoſus ætatem

mecum

mecum perennabit. Perge, amabo, indelibilem nostri amorem exercere, tuoque pectori altius illum defigere. Quippe docentium & discentium vincula arcti planè sunt juris. Penè dixerim, Parentum ac liberorum sacramenta. Si quæ succi boni à nobis combiberis, age, in bonum usum & finem optimum illa deriva. Semper ad honesti terminum oculos intende. Ad Remp. & commune bonum illa dirige, quæ hactenus in umbra & otio hîs audivisti, vidisti. Literæ nostræ natæ quidem nobiscum, sed, non nobis tantum. Diffundendæ in proximam viciniam ingenuæ illæ scintillulæ, ut quid honesti inde accedat, etiam è longo obrigescentibus. Iterum dico, hoc unum, mi Wibo, gnaviter tibi propone, unde purpuræ tuæ major erit majestas. Quod, certè, eveniet, si Parentis tui ultimam vocem, tanquam à Delphis oraculum, sanctè conserves. Addo Pietatem & constantiam in omni opere. Absque quibus columnis nulla felicitas in hac vitâ, nulla authoritas in negotiis humanis. Cætera de cælo fortunet Opt. Max. Deus! Lanstio nostro & amicis salutem dicito. Haud bibito. Vel, si vetere formulâ propinare illam velis, ne facito amystide, aut toto deunce. Vnciolâ tantùm unâ aut alterâ. Vale. *Ex Museo Alcmariano* CIↃ IↃC LII.

Martiis cælebs quid agam calendis?

Reverendo Clarißimoque Viro,

D. IOHANNI PICARD,

Med. Doct. & Theologo.

Cum Patriæ suæ Antiquitates ederet.

QVid veteres, Picarte, *suâ tellure Gigantes*
Elicis, & Pyrrhæ sæcla redite facis?
Isti unus sileant Manes incudibus Aetnæ,
Quos dudum rapuit fulmen & ira Iovis.
Non genus Alcidæ Saliis in finibus ortum;
Terraque non homines educat ista malos.
Mitius hîc cælum nobis, & mollior Æther:
Qui non hanc sobolem sustinet esse sibi.
Ergò omnis Vatum mentita est pagina nobis,
Et certam Siculi non habuere fidem:
Si, Picarte, *tuis scriptis eviceris illud,*
Cyclopas Saliis finibus essa satos.
Tu tamen in famam prodi, venæque secundæ
Nobile fac multâ luce fruatur opus.
Et, novus Inventor, priscis Annalibus ævi
Erue, quo poßis Testis habere fidem.

Clarißimo Viro,

HENRICO NEVHVSIO, IC.

Fratri.

Advocato & Pensionario VVorcumano.

INtonuit totum nuper Tarpeius in annum,
Libera nec lacrymis hora diesque fuit.

Non

Non aliter quam si Pyrrhæ nova monstra redirent,
Et fureret prisco, Deucalione Deus.
Publica mutabant toties in funere vestem,
Nec satis in pœnam Carolus *unus erat.*
Belgica se regum tantorum miscuit urnis,
Crinibus effusis totaque tristis erat.
His adjunge meos in charâ Conjuge *Manes,*
Et pridem nostræ Funera nata domi.
Sperandum, cum Sole novo, Fata aspera cessent,
Et melior nobis luxerit axe dies.
Inque vicem ponat tonitrus, ac fulmina tollat
Omnipotens: cælum lætius ire jubens.

Doctissimo Viro,

D. IOHANNI NEVHVSIO

Ecclesiastæ in Morrhâ Frisiorum.

RAra mihi lætam prætexit Epistola Laurum:
Quam legis, à Caprea missa palude venit.
Dissimilisque mihi facies aperitur in illis,
Vt solet Autumni fallere sæpe dies.
Cum non æquales ostendit Cynthius orbes,
Nec cælo pluvias una minatur Hyas.
Accipe, & humanos hinc, Frater, disce figuras:
Quamque illud totum, Vivere, *triste,* Nihil.

Reve-

Reverendo Viro,

D. FEIKONI OEDSONIDÆ.

In Eccl. Leoverd. Past. fideliss.

OEdsoni, *tua me Pietas, & nescia quemquam*
Fallere mens, memorem nunc facit esse Tui.
Et, Batavos ultra, vestras invisere Musas,
Antiquamque tibi teste probare fidem.
Qualia, cum paucis, animi commercia solus
Inter summa putas cumina posse poni,
Neuhusium *hic cernis, sua nunc post busta, renatum,*
Post cineres ipsos, nomina chara tibi
Quem toties vivum & per pulpita voce disertum
Obstupuit Templis ipsa Minerva suis.
Succurretque simul, quæ nobis dogmata quondam
Ad vitæ dederit tunc melioris iter.
Et, qui sic studiis teneris fuit utilis olim,
Post sua non etiam funera gratus erit?

Clarissimo Viro,

D. JANO BORGESIO, Theologo In Illustri Gymn. Groning. Rectori.

HIs etiam Pietas tabulis generosa Parentis
Inseruit nomen, post sua Fata, tuum.
Qualia nos tacitis, Cinerum custodibus, urnis
Et damnare situ, Relligio ipsa vetat.
In vos, inque pios Manes injurius essem,
Et facerem immerito stigmata, Phœbe, tibi.

Ad

Ad quod non facinus satis est, si culeus unus,
Cum serpente uno, simiaque una siat.
Ergò hæc è Batavis, Borgesi, *mittimus oris,*
Et volumus Fidei templa subire tua.

Doctissimo Viro,
JOHANNI NEVHVSIO, V. D. M.
Fratri.

DVm Phlegetontæas Alecto ardescit in iras,
Et Furiis nullum dant elementa locum:
Tu validis contra Satanam nunc viribus urges,
Suscipis inque humeros Hercule majus opus.
Compedibus Stygium ut possis frænare Draconem,
Et felix tantis obvius ire malis.
Fortem posce animum, Frater, terrore carentem,
Vt spolium victor de Babylone feras.
Et populum ædificans CHRISTI, *cum fœnore multo,*
Depositum domino reddere grande queas:
Et nunc in Morrhâ, *post tædia lucis iniquæ*
Ætatis longæ sit tibi facta mora.

Doctissimo Viro,
D. JOANNI BRVNONI,
Ecclesiastæ Egmondanæ.

NOmina defuncti quàm sint mihi chara Parentis,
Hæc mea non uno Littera teste probat.
Illius

Illius exequias lacrymis adspergimus udis,
Nec tumulo vates verba coempta dedi.
Ergò venturis nunc scribit Epistola sæclis:
Brunonem *ex toto non potuisse mori.*

Doctißimo Viro,
D. AUGUSTINO HARINGIO
Optime merito Præceptori.

ERgo avibus dextris ad pristina sacra revertor,
Et solito vobis farre litare libet.
Quæque alio paßim subsidere victima cæsa est,
Victima nunc aris cæditur illa tuis.
Offerimus patrio tectas de more Camænas,
Qualia sub Batavo sidere Phœbus amat.
Et sibi delicias non spernit noster Amyntas,
Inque sui pretio Pollio doctus habet.
Hæc etiam gelido poßint sub Frisi *dos axe,*
Otia si fuerint, fortè placere tibi:
Qui teneros nobis duxisti pollice mores,
Ingenioque rudi semina prima dabas,
Ne dubita: fixus nobis radicitus hæres,
Et mens hæc sacro flagrat amore Tui.

Doctißimo Viro,
D. NICOLAO IONGIO, Affini.
V. D. M.

ERgo inter medios planctus, atrasque cupressos
Fratris Alexandri, *Litterâ nata mea est.*
Dumque

Dumque alius famam scribendo captat inanem,
Hic nimium tristi funere raptus obit.
Sic Homines sumus, & statio quibus illa peracta est,
Gratuito tantùm fœnore vita data est.
Quod satis Aonides non uno hîc teste probabunt:
Materiam Parcâ suppeditante mali.
Frustrà nos miseri gemino sub sole triumphos
Ducimus, aut magnas accumulamus opes.
Hoc nos felices saltem, ut, post nobile Lethum,
In cælo existat, nostra Corona, Deus!

AD EVNDEM.

Kal. Jan. cIↃ IↃc LII.

Nube una involvit, Iongi, *se proximus Annus,*
Communisque fuit Lerna, segesque Mali.
Ceu Superi vellent mundo properare ruinam,
Et nos iratis mergere rursus aquis.
Vt meliore diem auspicio nova Cinthia promat,
Hoc supplex orat Belgica tota Deum.
Et possint nitidi nobis lucescere soles,
Qui sint optati causa segesque Boni.

Doctissimo Viro,

D. HENRICO MONACHIO, Cognato Theologo.

SEu te Mosa Pater, seu te, Cognate Monachi,
Fortè tenet riguis Isala lætus aquis:
Mittimus has animi notas ad limina nota,
Vnde tibi faciles ad mea sacra manus.
Et, pro jure peto, quocunque sub axe moraris,
Ne nos prætereant tecta Laresque tui,
Vivimus incerti, sed, certam in funeris horam,
Et, dum quis cessat scribere, forsan abit.
Quod satis incertis Aquilonibus edocet annus,
Exemplisque suis mors inopina probat.
Scribe, nec officium longas hinc differ in horas:
Officii certam non habet hora fidem.

Doctissimo Viro,

D. NICOLAO BRAMIO, Apothecario Clarissimo.

NOn Tibi odoriferos hîc, Brami, *mittimus Indos,*
Aut Arabum messes, pinguia thura, damus.
Sunt Casiæ nobis molles & Cinnama, Musæ:
Qualia cum Phœbo munera Daphnis amat,
Hæc tibi de Ponto, vel Colchide mittit Iäson,
Et Natura suo parturit alma sinu.

Dissi-

Dissimiles igitur. Flores nos fingimus istos:
Vobis Parnassus totus & Hybla domi est.
Sed, patere, ut serpam Vates hos inter odores,
Vobiscum & calcem Lilia mista Rosis.

Doctissimo Viro,

D. ANDRÆÆ WINCKELIO

Ecclesiastæ in Abbekerck, ex vet. Discipl. Alumno suo Charissimo.

EN Tibi, Winckeli, *nostros in imagine vultus,*
Promissumque tuis artibus illud opus:
Quod sub nominibus magnis titulisque Virorum
In lucem prodit, nec timet ire foras.
Hîc tua venturis etiam præconia sæclis
Scribimus, & testes in tua sacra sumus.
Hîc legis, & passim veteris vestigia Musæ,
Quæ quondam studiis ubera plena dedit.
Parte aliqua invenies lacrymas & funera Charæ
Conjugis: *Officium hîc sponte dolentis agis.*
Posthumaque adglomerant se magni scripta Parentis,
Quodque mihi reliquum fecerat inde rogus.

In Albo

EJUSDEM.

WInckeli, *tua te Pietas, Doctrina, decusque*
Æternum in terris vivere jure sinent.
Molitur dignum tanta Virtute theatrum,
Præ reliquis Virtus cui placet una, Deus.

Perfer: & in magnos conatus erige mentem:
Est semper Pietas utilis ipsa sibi.

Doctissimo Viro,
D. OLPHARDO BELIDA, Discipulo.
Et in Recturam Harlinganam Successori.

DIspare nos Fato felices vivimus Ambo,
Et pulchrum est, vario Numine, Cuique Suum.
Vobis divitias grandes Cyllenius adfert,
Multaque dat terris commoda, multa mari.
Nos hîc Almeriæ trahimus data pensa Minervæ,
Et turba in Lauros ambitiosa sumus,
Tu, juxta Phœbum, titulis & Honoribus auctus
In patriæ præstas nomina magna foro.
Nos procul à clavo Musæ, suffragia nulli
Vendimus, & Batavis nomina muta sumus.
Dispare vivamus Fortuna & moribus Ambo,
Contenti rebus: Sors sua cuique placet.

Amplissimo Viro,
D. VENTIDIO RICCE,
Dynastæ Pormerendano.

CONVICTORI.

EN Tibi, Ventidi, *à solita nunc munus arena,*
Et nostri in sacram Pallada amoris opus.
Quod pridem Almeriæ dextro sub sidere natum
Ingenio magnos tollit ad Astra Viros.
Et Tecum, juxta Batavæ Præconia Gentis,
Cumque Tuis, ultra Vertice scandit humum.

Quare

Quare age, Palladias intra tua tecta Puellas
Accipe, & antiquam ritè tuere Fidem.
Qui toties animum Musis candore probasti,
Inter delicias & mihi primus eras.

Præstantissimo Viro,

D. JOANNI à SANE,
Reip. Monachodamensis Scabino.

CONVICTORI.

QVid tuus in seros nunc Vates moliar annos,
Hæc Te, Care mihi, Pagina, Sane, *docet.*
Qui meritò primum annumeras Te Heroibus istis,
Et non obscurum Nomen in ære refers
Attentamque meis præbens Virtutibus aurem
Non raro meritus carmine & ore cani.
Ergò cum dederit Vobis pius otia Consus,
Interdum Nobis hora locusque vacet.
Complexuque tuo sit fas & amoribus uti,
Et paullum curas dissimulare foris.

Doctissimo Viro,

D. PETRO CVPERO,
Collegæ Conjunctissimo.

DVm strepit assiduo circum aures garrula pubes,
Sisypheusque suo crescit in orbe labor:
Alternis admitte meas ad pulpita Musas,
Vt possis animo liberiore frui.
Qui non te ducam vaga per triscurria rerum,
Nec Fescenninis moribus apta dabo.

Illa leves subeant animos; mihi Musa pudica est.
Versibus & castis esse Poëta volo.
Ut, quales aliis formamus imagine mores,
Hos primum in nobis nostra juventa probet.
In Batavûm hîc ferimur titulos & Apollinis arcem,
Materiesque meam non subit una manum.
Quæ, Cupere, *tuis oculis & acumine lustres,*
Neuhusii *ex animo Te pia Musa rogat.*

RESPONSIO.

DUm strepit assiduo circum aures garrula pubes,
Sisypheusque meo crescit in orbe labor.
Alternis admitto tuas ad pulpita Musas,
Ut possim Genio liberiore frui.
Non tu me duxti vaga per triscurria rerum,
Nec Fescenninis moribus apta dabis.
Illa leves subeunt animos. Tibi Musa pudica est;
Versibus & castis esse Poëta studes.
Ut, quales aliis formas imitamine mores,
Hos in te primum tota juventa probat.
In Batavum hîc ferris titulos, & Apollinis arcem,
Materiesque tuam non subit una manum.
Hæc, Reinere *meis oculis & acumine lustro,*
Sic utinam pergas, te mea Musa rogat.

PETRUS CUPERUS.

Præstan-

Præstantissimis Iuvenibus,

DD.

LAVRENTIO & JACOBO CLOCKIIS, SS. LL. Studiosissimis.

Nobile Par Fratrum, ClockI, *divina propago*
Palladis, & nostræ Lumina clara Scholæ,
Accipe hæc lætis animis à Socrate vestro,
Et nunquam Curæ Cura sit ista levis.
Ingenio solum ac Virtute extendimus ævum,
Vnde in perpetuum fama decusque manet.
Cætera sunt fumis & inani proxima vento:
Sola suum nescit Laurus honorque rogum.
Sic mecum cineres ultra cum Castore, Pollux,
In cælum raperis non Ganymede minor.

AD EOSDEM.

Clockiadæ, *nostris non sunt hæc tempora Musis*
Commoda: nec Vati nunc licet ire foras.
Improba cogit Hyems nidum servare calentem,
Quando adversa nimis Iuppiter Astra facit.
Tunc adero Vobis, spero, Tirinthius alter,
Cæperit ut primum mitius ire dies.
Et, domita glacie, ponent se immania venti
Murmura; Threïcio nec fremat axe Notus.
Nunc facilis venia est contractis frigore Musis,
Ipsaque tempestas non sinit esse reum.

Nobilissimo Iuveni

GWALTHERO LANSCHOT, Lugdunensi. Convictori. SS. LL. Stud.

DA *veniam tardè sacris properantibus istis,*
Quæ tuus, at frustrà, spectat & urget amor.
Aëris est vitium qui longo frigore Pontum
Vinxerat, & solita non dabat ire via.
Nunc glacie fracta, & Phœbo propiore Batavis,
Sponte sua carpit Littera nostra viam.
Et tecum primis gaudet congressibus uti,
Qui solitus nostras totus amare Deas.
Sic intermissas, Lanschoti, *pendimus horas,*
Abstulerit Brumæ si quid avara dies.

Præstantissimo Iuveni,

GERBRANDO BERCHOVTIO, Monechodamensi. Convictori, SS. LL. stud.

BErchouti, *Soboles magni generosa Parentis,*
Et quondam Phœbi gloria prima mei:
Nunc age, pro nobis, causas in Apollinis urbe,
Legatique vices experiare, precor.
Et Magni Heinsiadæ *præclarum limen adito,*
Boxhornique *meo nomine vise Larem.*
Vivere me dices, Berchouti, *Heroibus illis,*
Et Phœbo, juxta Pallada, ritè frui.
Quod modò Neuhusii, *sacra addicente Camœna,*
Littera Centenis testibus ipsa docet.

Egregio

Egregio Studiosißimoque Iuveni,
JACOBO LANSTIO, Edamensi,
SS. LL. S. Convictori.

EN lacrymas fletuſque pios, chariſsime Lanſti,
Quos tuus in noſtro funere fudit amor.
Qui nunc hîc tecum, Thalami Conſorte peremptâ,
Fatorum triſtes ploro gemoque vices.
Sed, mea cum multis habeo communia damna,
Inque tuos aliquid partior inde ſinus.
Nec plorare veto quemquam mea vulnera ſecum:
Cum forſan Fatis inde levamen erit.
Sic pulchrè nobis veterem teſtaris amorem,
Et vis nunc animo non minus eſſe pius.
Dî Tibi, cum reliquis, oro, qui Funera noſtra
Sparſiſtis Lacrymis, dent ſupereſſe diu.
Et nequeat veſtro pariter ſervire dolori,
Qui ſatis in propriâ morte doloris habet.

Præſtantißimo Iuveni,
PETRO WIBO, Hornano.
Convictori.

SIve novis nuptis lætas in poſte Coronas
Figis, & officium Fratris amantis agis;
Sive Sacras Phœbi ſupplex te ſternis ad aras,
Et tuus antiqua ſudet in arte labor.
Hîc paullùm jubeo ſolitas Te ſiſtere curas,
Ac Muſis tota mente vacare meis.

Vt,

Vt, cum lecta tibi veteris ſint verba Magiſtri,
Inde aliqua agnoſcas juris & eſſe tui.
Lubrica quæ poſſit, cum fructu imitarier ætas,
Et Pietas factis ipſa probare ſuis.
Non ultrà teneo. Tua nunc ad ſacra reverte,
Et Phœbo totos littore pande ſinus.

Præſtantiſſimo Iuveni
NICOLAO OUTCLAES, Edamenſi
Convictori.

NVper eras noſtris, Outclaſi, *gloria Muſis:*
Quem nunc, chara ſibi pignorâ, Rhenus habet.
Aut forſan Batavi nunc es pars magna Lycei,
Amſtelaque Aoniis fontibus ora rigat.
Quoque loco fueris dulces ad Phocidos undas,
Neuhuſii ſemper ſit tibi cura tui.
Qui ſolet à veteri convictu & amore Minervæ,
Eque ſuo miſſos totus amare ſinu.
Hæc, quæ nunc dubiis Fatorum credimus auris,
Invenient tutum, Numine ducta, larem.
Inter Apollineas ſi forſan ſederis artes,
Littera nam veſtras tentat adire manus,
Hunc breviter præſta nobis, ſacra inter, honorem,
Quæ dixit Batavis Littera noſtra, legas.

Inge-

Ingeniosissimo Iuveni,

CORNELIO CNYFFIO, Addicentibus Auspiciis, in Indiam Orientalem profecturo.

DVm Patri, & Patriæ, Knyffi, *Charisque propinquis*
Extremum dicis, forsitan, ore, Vale:
Hoc unum à Nobis monumentum & pignus amoris,
Tot sub sideribus, pectoris abde sinu.
Vt, si fortè meos oculos non videris unquam,
Hæc Tibi sit fidei tessera viva meæ.
Neuhusiumque *tuum portes terraque marique,*
Officii & monitus illius usque memor.
Cætera, quæ versas animo, bene prosperet æther,
Et lateri custos excubet ipse Deus.
Vt, post ingentem trajectum puppibus orbem,
Ad Patrium redeas, sospite Patre, Larem.
Et novus Æsonides, post raptum ex Colchide vellus,
Tunc iterum in Batavis auctus honore sias.

FINIS.

E R R A T A.

PAg. 30. ultima lin. pro ἄδουλον, ἄδυτον. p. 32. l. 1. lege *Cerritus*. Ibidem pro Charos, *Chaos*. Ibid. l. 25. lege *fluxu*, & doloris biliosâ. p. 34. l. 2. pro hominem, *humerum*. p. 36. l. 17 pro Coccyx, *Coccyx*. p. 42. l. 18. pro χεόνειν, χεύειν. p. 47. l. 12. pro tegulos, *as*. p. 51. l. 20. pro metain, *mentem*. p. 54. l. 1. lege πίψις. p. 61. l. 16. lege *Ercisco* p. 65. l. 1. lege *Attelane*. p. 69. l. 13. lege πυρετός. p. 73. l. 12. pro ficulam, *ficulnam* p. 84. l. 21. lege βάρος. p. 89. l ult. lege ῥέω. p. 96. l. 9 pro vectis, *retis*. p. 100. l. 1. pro icti, *ui*. p. 106 lege *Lectisternium*. p. 109. pro lipo, ici, *ui*. Ibid. pro Forculis, *lus*. p. 117. l. 8. lege poma *Marsana*. Ibid. lege *mamilla*. Ibid. l. 23. pro Locibus, *Laribus*. p. 121. lege *Hermaphrodite*. p. 119. pro ποσειδὸν lege ποσειδῶς. p. 130. pro Nocturus, *Nocturnus*. p. 132. l. 4. pro rapida, *vapida*. p. 144. lege *Peristylium*. p. 146. l. ult. lege *Galerus*. p. 149. lege l. 16. *in apparatum*. p. 154. l. 18. deleatur *Prosecta* p. 156. pro puteat, *Puteal*. p. 166. pro Sernnen, lege *Serumen*. p. 167. l. 6 lege *Semis*. p. 169. l. 7. lege *pavium* & *paviebat*. Ibid. pro erumeb. *eximebatur*. Ibid. lege σπουδή & *captiosam*. p. 173 l. 16. lege pro σίξειν, σίζειν. p. 175. l. 25. pro Elog. *Eloq*. p. 178 l. 5 lege *mammeata*. p. 180. lege ἐς αὔριον. p. 184. l. 1. lege *Fœminarum*. p. 187. l 3. lege *fauori*. p. 189. l. 17. pro soleum, *solenni*. p. 191. lege *Gradive*. & lin. 9. *Volicanus*. p. 197. lege *vacat* hora. p. 199. l. 6. lege *Lanifice*. pag. 201. l. 3. lege *Pimpleos* Ibid *Suadeque* p. 202 l. 4. pro togis, *rogis*. p. 207. l. 2. pro quis, *qui*. p. 212. l. 11. lege *vita* & *vasto*. p. 214. l. 10. lege *tegetur*. p. 218. l. 5. lege *Descendunt*. Ibid. lege *manus*. p. 223. l. 14. lege *tedas*. p. 224. l. 22. lege *spatiisque*. p. 225. l. 22. lege *præferre*. p. 230. l. 14. lege *vos*. p. 231. l. 14. lege *Audim'*. p. 232. l. 19. lege *meas*. Ibid. lege *Brumam*. p. 235. l. 4. lege *continuo*. p. 241. l. 14. lege *Batavis*. p. 242. l. 7 pro fint, *fiat*. p. 248. l. 24. lege *dicici*. p. 249. l. 15. pro non *nunc*. Ibid. l. antepenult. pro præst. *præstare*. p. 253. l. 14. pro dignius, *dignus*. p. 260. l. 7. pro unus, *nunc*. p. 263. lege Egmondano. p. 264. lege lectas *Camenas*.



